CONFIDENTIA, CONFIDERE IN DEO. Confidentes in Domino qui sint, ct quod vere sini montes, *Psalm.* II, 353, l : *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion.* Confidentia io Deo est habeuda, XIX. 275, 2. Confidendum in Deo el sanclis, non in mundo vel amicis, XH, 36, 2; 139, 1, 2 : *Maledictus homo qui confidit in homine,* XX, 389, 2 ; *Omnem sollicitudinem projicientes in eum. quoniam* fpji *cura est de vobis.* Confidentia nostra in Deum eum excitat ad nobis providendum, 390, 1. Ea oritur ex mentis pace, XIX, 64, 1. Confidentia el spes Christianorum qualis, 465, l : *Nolite itaque amittere confidentiam vestram.* Confidentia in Deo est firma allegatio ad misericordiam impolrandain, *Psalm.* 1, 368, 1 : *Miserere mei Deus, miserere mei, quoniam in (e confidit anima mea.* Confidentia in Deo cooperationem nostram non excludit, I, 360. 2 : *Jacta super Dominum curam tuam, et ipse te enutriet.* Confidentes in Domino quam securi esse debeant, *Psalm.* II, 353, 2 : *Montes in circuitu ejus, ct Dominus in circuitu populi sui.* Conlidenliæ in Deum signum est calceus, XVIiI, 680, 1 : *Et calceati pedes in pr.rparalione Evangclii pacis.* Confidens in Deo arbori fructíferas assimilatur, *Job,* 166, 2 *(Vide* Fiducia, Spks).

CONFIRMATIO. Confirmatio est sacramentum, ojus minister est episcopus, XV11, 103, 2 ; 197, 2; XXI, 67. 1, 2. Ejus effectus et fructus, XVIU, 414, 2. In eo datur Spiritus sanctus, XVII, 103, 2; 197, 2. In eo datur robur el plenitudo Spiritus

Mâncti. XVIII. 94, 2. Id dicitur perfectio ot consumma(io, 261, L In eo datur plenitudo grati® in baptismo accept®, XVII, 198, 2 et seqq. Ejus vis, I5L 1. Confirmationis sacramenti effectus, IX, 644, I. In eo datur donum sapienti®, XX, 544, 1. In hoc sacramento quasi milites auctoramur ad certandum pro fide Christi usque ad mortem, XX, 346, 2.

Confirmationis sacramentum initio Ecclesi® dabatur mox a baptismo, XVIII, 91, 2 el seqq.; XIX, 337. 2; 399, 1. Iterari non potest. XIX. 401, I. Ad confirmationem chrisma requiritur, XVII, 103,2; 197, 1. In confirmatione varia aliquando membra inunguntur, XX, 346, 2. Confirmationis sacramentum ab Isaia significatur, XI, 367, i.

CONJUGIUM. 1® Conjugium dictum a Jujo,X,5,2: *Sicut boum jugum quod movetur, ita et mulier nequam.* Conjugium solius hominis est a Deo institutum inter unum masculum et unam feminam, XV, 419, 1 : *Non legistis, quia qui fecit hominem, ab initio masculum cl feminam fecit eos?*

2° Conjugium non reprehenditur nisi quatenus animus per id a salute revocatur, XVI. 198, 1 : *Alius dixit: Uxorem duxi, et ideo non possum venire.* Est id cuique liberum, XVUI. 320, 1. Conjugium olim interdictum militibus, XIX, 283, 1, 2.

3® Conjugium sit honorabile in omnibus, XIX, 514, 2 : *Honorabile connubium in omnibus, ct* I/io*rus immaculatus.* An conjugium nurus cum socero sit juro natur® irritum, III, 553, 2. Conjugia cum Chananæis Judæis vetita, cur; quo pacto permissa, IV, 224, I. Conjugia cum infidelibus perniciosa, 111, 630, 1. Conjugia catholicorum cum haereticis dissuadenda, XVIII, 322, 1 *:Quod si dormierit* (vir ejus), cui *vult nubat, tantum in Domino.* Conjugium requirit virilem ætatem, IV, 270, 1, 2 : *Cum vero factus esset vir, accepit uxorem Annam.* Conjugium dispar grave est onus, IX, 676, 2: *Dealut qui habitai cum muliere sensata,* XVUI. 461, I: *Qv* enim participolio juslilio! cum iniquitate, aut qux pars fideli cum infideli?* Conjugii actus quando peccatum veniale includat, 301, L

4* Conjugii sanctitas in fide mutuo servanda, X, 12, 2 : *Gratia super gratiam, mulier sancta et* pudorata. Conjugii fides servanda, IX, 611.1. Ejus lota felicitas consistit in mutuo conjugum amore, X H, 1

6 Conjugii bona caduca sunt et peritura, XVIII, 313, I : *Existimo »njo hoc bonum esse propter indunbm necessitatem,* Ejus voluptas fellea et epileptica, 314, I : *Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi.* Conjugio polior est virginitas, 313, 2. Conjugati inferiores sunt dignitate ‹ tinenùbus.XII H08, 2 Matrimonium, Virginità^.

CONJUX. CONJUGES. I. Qux sint conditiones VT opiime conjungantur. — P *Sint pares,* VI, 147, I. Conditio par sit inter conjuges, 20, 2. Ob conjuges incongruos sibi multi damnantur k 19, 2. Si sit dispar, quid agendum sit ei qui inferioris est conditionis, 20, 2. Conjuges in quo pares sint, XVIII, 300. 2. Cur fidelis conjux non possit cohabitare infideli, 306, 1. Conjugi fideli ab infideli disccdero ob rixas, probra, etc., suadet Apostolus, 309, 1.

2° *Inter se habeant consensum, concordiam cL amorem.* IX, 670, 1 : *In tribus placitum est spiritui ineo....* Iïr *cl mulier sibi bene consentientes.* Conjux propter conjugem parentes deseral, XVIII, 295, L Sunl velut unus homo civilis, *ibid.* Amor est vinculum, nodus ct anima conjugis, VI, 21,2. Subindo so vocant mutuo fratres et sorores, IV, 399, 2; 400, 1 : *Quid habes, Esther ? Ego sum frater tuus.* Sunl duo in carne una, XV, 419, 1, 2 : *El erunt duo in carne una.* Quomodo sint duo in carne una, XVIII, 295, 1. Ament se invicem, V, 347, I ; XV, 419, 1, 2. Cur so invicem diligere debeant, XVUI, 665, I ; 667, 2: *Unusquisque uxorem diligat.* Conjugum amor quantus osso debeat, XIV, 580, 1 : *Nonne unus fecit, el residuum spiritus ejus est?* Amor erga conjugem nimius fit adulterinus, V, 146. 1, 2. Conjuges Deum ament et colant, itaque fiet ut inter so conveniant, VI, 21, 1. Sic Deum experientur fautorem, 104, 1,2. Conjugum par pacifice viventium Deo miro placet, 1, 274. 1.

3° *Caste el sobrie vivant in conjugio,* IV, 296,2. Quem finem intendere debent in copula, 295, 2: *Amore filiorum magis quam libidine ductus.* Conjugum donum electum est triplex, fides, proles et sacramentum, Vili, 346, 1. Sobrii sint, maximo cum generationi vacant, IV, 300, 2 : *Cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.* A mensa ebrietatem, detractionem, etc.,arceant, *ibid.* Delectationem copul® moderari debent, VI, 146, 2. Tempore public® calamitatis, pœnitenti®, supplicationis, quadragesim® ut abstineant copula, suadetur, XIII, 499, 2 ; *Egrediatur sponsus dc cubili suo, el sponsa dc thalamo suo.*

4® *Se invicem in conjugio opus habent,* XVIII, 356, 2 : *Vcrumlamen neque vir sine midiere, neque mulier sine viro, in Domino.* Mutuo onera conjugii ferant, V, 147, 1; VI, 494, 1. Statu suo contenti sint, XVIII, 302, 1, 2 : *Unusquisque proprium donum habet ex Deo.* Conjugibus bonis ann* sunt duplices, X, 2, 1. Mulieris bon® beatus vir, numerus enim annorum illius duplex.

II. Conjugum honorum exempla. — Conjuges Christiani sequantur exemplum Tobi® el Sara*, IV, 295, L Imitentur pacificum S. Josephi et Deipar®, XV, 64, 2. Conjuges multi in conjugio casto vixere, *ibid.,* I. Duorum in continentia viventum exemplum, IV 284, 1 ; XVUI, 301, 2. In eodem sepulcro miraculose condili, IV, 284. 1.

CONSCIENTIA. 1. Consci..ntle natura, ofpicium, vis et efficacia. — 1® Conscientia est vestis animæ, XIV, 581, 2: *Operiet autem iniquitas ves(imerdum tuum.* Conscientia cuique est instar li-

bri, in quo sua bona et mala opera legit, XXI, 362, I : /?/ çui *non invenius* es/ *in libro tila scriptus, missus est in sbujnum ignis.* Bala est a Deo cuique velut pædagogus, lex et nonna actionum, X, 162, 2 : *In omni op> re luo crede ex fidi anima tua, hoc est enim conservatio mandatorum.* Ejus dictamen, quatenus sequendum, 162, 2. Contra hoc dictamen aliquid faciens peccat, etsi ros in se non sil mala, sed bona, *ibid* Cur ejus dictamen vocetur fides, XVIII, 234, 2. Conscientia erronea etiam obligat, deponenda tamen est, 234, 2 : *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Conscientia est animæ stomachus, VI, 35, I. Umbilico rcpixesentatur, V, 80, I: *Time Deum et recede a malo, sanitas quippe erit umbilico luo.* Conscientia hominis est velut maro et abyssus, XII, 141, I: *Est cor hominis inscrutabile.* Ipsa quomodo siatera recta et dolosa sit, V, 313, 1 : *Staterà dolosa abominatio apud Dominum.* Conscientia Dei quæ dicatur, XX , 301 , 2 ct seq. : *Si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias.* Conscientiarum septem genera sunt, XXI, 42, 1 : *Hæc dicit qui tenet septem stellas in dex» lera sua.*

2° *Conscientia vis et efficacia,* I, 367, 2 : *Merito hxc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum;* 517, *2: Facta sunl tenebra horribiles in universa terra;* XII, 121, 1: *Si iniquitates nostra responderint nobis.* Conscientiæ vis et quies, XVIII, 422, 2: *Gloria nostra hxc est, testimonium conscientia nostra;* XIX, 180, 1 : *Finis autem prxeepti est charitas de corde puro, el conscientia bona.* Conscientia cuiquo sua est velut gallus assiduo cantans, XV, 592, 2. Conscientia homini sua peccata describit el aggerit, XIII, 71. 2: *Idcirco missus est articulus manus, qua scripsit hoc quod exaratum est.* Conscientia est actor in tribunali cordis, XVIII, 63, I : *Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.* Est testis et judex malorum et bonorum operum, *ibid.* Conscientia nullum theatrum majus, 282, 2. Testimonium conscientiæ quod, *Job,* 486, 1. Conscientia urgento pœna menti culpam in memoriam revocat, IV, 441, 2, • *Nunc vero reminiscor malorum qua feci in Jerusalem.* Est frenum post peccatum et flagrum. XII. 121, 1.

Ipsa in hora mortis denudat cuiquo quid egerit, IX, 359, 1 : *Malitia horx oblivionem facit luxuria magnx, el in fine hominis denudatio operum illius.* Ejus potestas in die judicii, XII, 138, 1 : *Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo* in *ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum.* Ea in dio judicis peccatorem accusabit, XIV, 283, 1 : *Scrutabor Jerusalem in lucernis;* XVIII, 63,1 : *Testimonium reddente illis conscienda ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in du cum judicabit Deus occulta hominum.* Conscientiæ omnium in dio judicii patebunt, ut videamur tum sua, tum aliorum peccata, *ibid.*

II. CONSCIBNTÍX B05JK PRCCTÜ3 ET COMMODK. — Conscientia pura et cor purum sunt idem, XIX, 180, 1 : *Finis prxeepti est charilas de cordi puro, et conscientia bona.* Conscientia pura est magna cordis mundities, XV, 148, I : *beali mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Conscientiæ bonæ elogium, XIV, 354, I, 2: *Ponam te quasi signaculum, quia te elegi.* Conscientia bona tessera est veri Christiani, XX, 464, 1,2: *Quod cl vos nunc similis forma salvos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio in Deum.* Hac maximo colitur Deus, 94, 2. *Deligio munda el immaculata... hxc est... immaculatum se custodire ab hoc sxculo.* Conscientiæ pacem habens, Chnstum in animo habet, XIV, 122, 1 : *Et erit iste pax.*

Conscientia bona est remedium tristitiae, IX, 408, 2 : *Felix qui non habuit animi sui tristitiam, et non excidii a spe sua;* X, 102, 2: *Tristitiam non des anima lux, et non affligas temelipsum in consilio tuo.* Conscientiæ bonæ quies, securitas et gaudium, XVI, 157, 2 : *María optimam partem elegii, qua non auferetur ab ea;* V, 521, 2 : *Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio.* Conscientiæ bonæ lætitia et jubilas, IX,75, i : *Religiosità* custodiet et justificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabil ;* X. 98, 1 ; *Non est oblectamentum super cordis gaudium;* 109, 2: *Splendidum cor el bonum in epulis est, epula enim illius diligenter fiunt;* XVIII, 568, 2: *Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax;* XX, 522, 1 et seqq.: *Hxc scribimus vobis ut gaudeatis, el gaudium vestrum sil plenum ;* 688, i. *Ei autem qui potens csl vos conservare sine peccato, el constituere ante conspectum gloria sua immaculatos...gloria et magnificentia; Job,* 216,2: *Donec impleatur risu os tuum, et labia tua jubilo.*

Bonæ conscientiæ pax omnem pacem superat, V, 72, 1 *: Fili mi..... prxcepla mea cor luum custodiat; longitudinem enim dierum, et annos vilx,et pacem apponent tibi.* Bonaconscienlia fiduciam etexultationem paril, II, 180,1,2 *Dabo pavorem in cordibus eorum , et terrebit eos sonitus folii volantis.* Dat fiduciam el securitatem, V,55, 2 *:Qui autem me audierit, absque terrore requiescet.* Ipsa summum est bonum hujus vilæ, 459, 2 : *Secura mens, quasi juge convivium.* Hæc magna est hominis consolatio» 395, 2 : *Peccatores persequitur malum, et justis retribuentur bona.* Est cubile justi, VI, 233, 2 : *Ne insidiens, et qu&ras impietatem in domo justi, neque vastes requiem.* Conscientia bona reddit hominem longævum, V, 549, 1, 2: *Animu* gaudens xtalem floridam facit.* Est fidei anchura, XIX, 191, I : *Habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt.* Est fiduciæ firmamentum. *Job,* 249. I : *Et scias quia nihil impium fecerim;* 297, 1 : *Sed ta-*

<0

men *ad Omnipotentem loquar, et disputare cum eo cupio;* 336, 4. Reddit audaces, 370, 1 : *Minam sic judicaretur vir cum Deo, quomodo judicatur filius hominis cum collega suo !* Dat fiduciam in oratione, XX, 58a, 1 : Si *cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Conscientiæ bonæ confidentia ct securitas in morte, XVili, 311, 1 : *In reliquo reposita est mihi corona Justitia;* Job, 275, 1 : *Et habebis fiduciam proposita libi spe, et defossus securus dormies.* Undo ea oriatur, XVIII, 91, 1 : *Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum Jesum Christum.*

Conscientiae bonæ pax non decet stultos, sed turbatio, VI, 19, 2 : *Non decent stultum delicia.* Est fructus pœnilcntiæ, XVI, 129, 2 : *Fides tua te salvam fecit, vade in pace.*

III. CONSCIENTES MALÆ DAMNA. Conscienti® FûIDOFSU8 admisso jam peccato, IX. 562, 2 : *Quasi a facie colubri fuge peccata, et si accesseris ad illa, suscipient te.* Conscientiæ remorsus est vehit aquila rostro tundens, XIV, 204, 1; 281, 1. Conscientia mala estolla, XII, 675,2 : *Pone ollam..et mille ineam aquam.* Conscientiæ stimulus per spinam significatur, *Psalm.* 1, 187, 1 : *Conversus sum in serumna mea, dum configitur spina.* Conscientia peccati spina est, V, 543, 2 : *Spiritus tristis exsiccat ossa.* Conscientia criminis admissi quantus tortor, 395, t : *Peccatores persequitur malum.* Conscientia mala est sui carnifex, I, 116, 1 : *Siry autem male* (egeris). *stalim in foribus peccatum aderit:* Miro hominem excruciat,'VI, 283, 1 : *Sicut linea vestimento i et vermis ligno ; ita tristitia viri nocet cordi.* Maximo peccatorem, 284, 2. Strangulat reum, VIII, 612, 1 : *Semper enim prasumil sxva, perturbata conscientia.* Conscientiæ cruciatus morte acerbior, *Job, 553,* 1. Ejus angoribus cruciantur iniqui opum corrosone, VI, 101, 2 : *Dapina impiorum detrahent cos, quia noluerunt facere judicium.*

Conscientiæ mate comes et pœna est pavor, quod mullis insignibus sententiis confirmatur, U, 179, 2. Conscientia mala semper pavida el levis est, omnia timet, cur, Vili, 613, 12; IX, 587, 2: *Sicut pali in excelsis, el cementa sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt ; sic et cor timidum in cogitationibus stultis contra impetum Umoris non resistet;* XV, 340,1 ; *Job,* 370 1. Conacientia militarium scelerum milites facit timidos, IV, 455, 1 : *El viderunt multitudinem exercitus, quia multi sunt, et timuerunt valde : et multi subtraxerunt se de castris.* Conscientia mala non potent babero lætitiam, XIII,-401, 2 : *Sacrificia eorum, quasi panis lugentium.* Conscientia cauteriata significat inlaman, corruptam, immutabilem et ardentem libidine, XIX, 224, 1 : *Cauteriatam habentes conscientiam.* Talem habent hærctici, *ibid* Conscientia mala est ions hæreseos, XII, 191,2 *: Uabcns fidem el bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt.* Conscientiæ remorsus in damnatis an vocetur vermis, IX, 239, 1 : *Vindicta carnis impii, ignis el vermis.* Conscientiæ remorsus tollit peccati consuetudo, XVIII, 638, 1 : *Desperantes, semetipso tradiderunt impudicitia.* Conscientiæ remorsu amittunt obdurati peccatores, V, 562, 2 : *Impius, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit.*

IV. CONSCIENTIÆ QUANTA CURA HABENDA, XVII, 405, 2 : *Studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum, el ad homines semper.* Conscientiam debemus Deo, proximo famam, XVIII, 214 1 : *Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Conscientia cuique est colenda sicut vinea, XIII, 646, 2 et seqq. Conscientia hominis inertis repletur urticis cl spinis vitiorum omnium et dæmonum, ejus sepes quæ, VI, 246, 2: *Per agrum pigri hominis transivi, et per vincam viri stulti; et ecco totum repleverant urtica.* Ejus munditia magis curanda quam discoruin, XV, 493, 2, et seq. : *Mundatis quod deforis est calicis et paropsidis; intus autem pleni estis rapina et immunditia.* Testimonium conscientiæ præ omnibus consulendum, *Job,* 641, 1. Credendum conscientiæ quando et quomodo oporteat, X, 162, 2 : *In omni opere luo, crede ex fide anima tua, hoc est enim conservatio mandatorum.* Conscientia proximi non tedenda, XVIII, 349, 2 : *Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicavit, el propter conscientiam.*

V. De conscientiæ examine. — Conscientia quotidie examinanda, el hoc examen quam sit utile, XII, 399, 2 : *Scrutemur vias nostras, et quærainus el revertamur ad Dominum,* XXI, 362, 1. Gnomæ de eodem, XII, 399, 2. Conscientiæ esaminanda} ratio, *Job,* 192, 2 : *Delevabor loquens mccum in strato meo;* 308, 1 : Si *fuero judicatus, scio quia justus inveniar;* 310, 2 : *Quantas habeo iniquitates et peccata ? scelera mea et delicta mea ostende mihi.* Conscientia statuat sibi tribunal, IX, 510, 2 : *Ante judicium interroga leipsum , et in conspectu Dei invenies propitiationem.*

CONSECRATIO. Consecraro, initiaro, inaugurare, dedicaro, unum sunt, XIX, 442, 2. Consecrationis altaris holocaustorum ritus, XII, 828, 1, 2 Consecrationis templi : ritus sunt quinque, aspersio, inscriptio, inunctio, illuminatio, benedictio; illi Ecclesiæ cl religiosis domibus accommodantur, XIV, 352, 2; 353, 1. Consecrationes variæ variarum frugum cl ciborum, XIX, 228, 2.

Consecratio Eucbaristiæ dupliciter est enuntiatio practica, XVIII, 364, 1. Non significat primario terminum a quo, sed positionem termini ad quem, secundario tamen terminum a quo, *ibid.* Quomodo ejus verba sacerdos proferat, 365, 1. Tropico non sunt inlelligenda, 359, 1. Consecrandi potestas omnibus omnino sacerdotibus, etiam indignis, concessa est a Christo, V, 179,2; 180, 1. FideEvciuhisriA.

CONSENSUS.Consensum intentationes petimus ut Deus a nobis avertat, dum petimus in eas non induci, XX, 20, L Hic offert animæ mortem, 62. t.

CONSERVATIO. Conservatio divina non est aliud quam primee creationis vel actionis continuatio, X, 374, I ct 2; 381, i ; 560, 2; XVIII, 268, 2; XIX, 356.1.

CONSIDERATIO. Considerationis officia et partes, VI, 521, 2. Vocatur in Scriptura ignis, V, 298, 2. Consideratio vanitatis et brevitatis vitæ, bonorumque omnium temporalium reddit cor mundum, XX, 93, 1.

CONSILIA DEL Consilium, propositum et beneplacitum Dei sunt idem, XVIII, 589, 2. Consilium Dei absconditum, *Job,* 785, 1, 2. Consilia Dei sunt hominibus arcana, *Job,* 495, 1 : *Qui autem noverunt cum, ignorant (tics illius;* 498, 2. Consilia Dei omnibus ignota, XVIII, 197,1 : *Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit* ? Consilia hominum varia sunt et incerta, Dei certa et stabilia, VI, 31, 2 et seq.: *Mullx cogitationes in corde viri, voluntas autem Domini permanebit.* Sua horno divinis substernat, *ibid.* Consilium Dei mirabile in paucitate electorum suoruiu. *Psalm.* II, 210, 1,2.

CONSILIA EVANGELICA, consrna evangenta non habuerunt prisci Judæi, X, 184, 2. Consiliorum evangelicoruin auctor est Christus, XI. 235, 2. Consilia evangelica simul omnia recensentur, XV, 31, 1. Item alia quæ simul sunt præcepta, 32, 2. Item consilia solis data Apostolis, 33, 1, 2. Ea servantes,Tacilius vitam æternam consequuntur, quam servantes præcepta, 437, 2. Non tenemur ea adimplere, nequo ipso Deus ad ea nos obligat, 188, 1. Consilia Christi non capiunt mundani ct animales homines. VI, 49. 2.

CONSILIUM, CONSILIA. I Consilii necessitar. —Consilii donum quod sit, XI, 258, 1 : *Et requiescet super eum spiritus consilii.* Consilium solet esso arcanum, V, 466, 1. Ipsum potissimum prudentias pars est, X, 431, 2 : *Homines magni virtute, et prudentia sua prediti.* In eo habitat sapientia, V, 207, 2 ol seq. : *Ego sapientia habito in consilio.* Consilium viri aquæ profunda» comparatur, VI, 48, 2 ol seq. : *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri.* Consilium amici similo aromati. 338, 2 : *Unguento cl variis odoribus delectatur cor; ct bonis amici consiliis anima dulcoratur.*

Consilium quanli referi in re agenda, V, 323, 1,2 ct seq. : *Salus... ubi multa consilia.* Ejus necessitas, X, 340, 1. Sine consilio nihil faciendum, IV, 287, 1 : *Consilium semper a sapiente perquire,* 159, 2; 160, 1 ; *Eili, sine consilio nihil facias, ct' post facium non panitebil.* Quod consilio fit, bene fit, nec do tali facto dolendum, *ibid,* et seq. Id requiritur præsertim in re ardua perficienda, V, 466, 1 : *Dissipantur cogitationes ubi non est consilium,* X, 256, 2 : *Cor boni consilii statue tecum.* Consilium dirigit actiones ol res ut prudenter fiant, sino eo nulla regna vigent el firma mint, 340: Jt/ri/m *et argentum est'constilutio pedum; super utrumque consilium beneplacitum.* Consilium in bello plus valet quam robur, VI, 67, 2 et seq. : *Cogitationes consiliis roborantur, el gubernaculis tractanda sunt bella.* Consilium et constantia omnia edomant, IV, 450, 2. Non propria consilia sed aliena, si modo bona sint; sequenda, V. 467, 2 : *Latalur homo in sententia oris mi.* Consilia propria soquen*, est stultus, et sæpe in mala el pericula incidit. VI, 387, 2 : *Qui confidit in corde suo, stultus est.* Consilio aliorum acquiescentes, pacem habent. V, 384, 1 : *Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.*

IL Quæ sint bona consilia. Consilia proprio senum sunt, IX, 673, 1 : *Quam speciosa veteranis sapientia, el gloriosis intellectus et consilium.* Consilia senum bona, non juvenum, HI, 6<9, 2 : *Qui dereliquit consilia senum, et adhibuit adolescentes. qui nutriti fuerunt cum eo.* Consilia senum, vires juvenum probantur, XI, 325, 2. Consilii tarditas probatur, VI, 172, 2. Consultandum maturo, 73, 1. Consultandum in re gravi sæpo" est, X, 255, 1. Consilia modesta et matura, suaviora sunt ardentibus el temerariis, VI. 364, 1. Consilium etiam simplicium non spernenda, I, 594. 1. Consilia non numero, sed maturitate æstimanda, V, 323, 2. Non sunt ex eventu ponderanda, X. 161, et seq. Consilia tria S. Augustini in primis salubria, XVIII, 197, L Consilium bonum quomodo homo sibi dari possit, X.256, 1, 2; 257. 1.

Consiliis sanis non acquiescere, notium est, XII, 286, 2. Consilia a Deo sunt inchoanda, X. 159, 2 et seq. Tripliciter consilium Dei dirigimus, 305. 2: *Et ipse diriget consilium ejus et disciplinam, et in absconditis suis consiliabitur.* Deus orandus est ut ipso consilia nostra dirigat, VI, 31, 2. Consilia hominum penetrat el pernovit Deus, X, 377, ! : *Abyssum et cor hominum investigavit, et in* <u-*lutia rorum excogitavit.* Consilia agitanda mane, VII, 350, 2 : *tibi, (erra... cujus principes* marw *comedunt.* Quomodo bonum consilium sit capiendum, X, 257, 2 : J*nima viri sancti enuntiat aliquando vera, quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.* Consilia jam capia, celeriter execution! sunt mandanda, X* 131, 2: /n *omnibus operibus suis esto velox, et omnis infirmitas non occurret libi.*

III. Quæ sint mala consilia. — Cum quibus consilium non sit ineundum, X, 255. 1 : *Cum impio de pietate, cum.inhonesto de honestate.... non attendas his in omni consilio.* Consilia hominum quam infida, I, 208, 2 : *Inique agis contra me, judicet Dominus inter me ct te.* Quod consilia sunt noxia, a Deo irato provenit, et proinde ipse iratus placandus est pœnitentia, VI, 92, 2. Consilia politica perniciosa, III. 620, 1. Consilium matum semper consultori pessimum, IV, 461, 2; XIII, 79, I : *Tunc principes et satrapi surripuerunt regi el sic*

loculi sunt ri. Consilia impia tandem fiunt manifesta, *Job,* 294, I : *Deus.... qui revelat profunda de tenebris, el produci! in lucem umbram mortis.* Consilium malum non est aliis dandum, X, 260, i : *Verbum nequam immutabit cor.*

CONSILIARII, CONSULTORES. — P *Consiliariorum necessitas.* Consultores sunt res sacra , X, 253, 2. Consiliarii sunt reipublicæ necessarii, 256, 2. Consiliarii boni quam principi necessarii, XI, 234, !, 2.

2° *Quales seligendi.* Consiliarii qualos sibi reges seligant, V, 443, 1 : *Acceptus est regi minister intelligens, iracundiam ejus inutilis sustinebit.* Consiliarii principum quales esso debeant, XXI, 100, 2 et seqq. Consiliarii in generali quales esse debeant, X, 160, 2. Et quales deligendi, 181, 1. Eorum dotes, 251, 1,2 : *Omnis consiliarius prodii consilium, sed es! consiliarius in semelipso* ; 255, 2; 261,1 : *Vir peritus multos erudivit,* Quid in iis cavendum, *ibid.* Quare mali consiliarii cavendi, boni subrogandi, V, 468, 1 imprudentes et fatui damna toti reipublicæ inferunt, 413, 2.

3® *Eorum dotes enumerantur.* Consiliarii dum consulunt, explorandi suntannon prop! io commodo studeant, X. 251, 1, 2. El annon sint in aliqua necessitate, *ibid.* 2. Consiliarii non se, sed rempublicarn locupletent, de hac re exempla, I, 385, 1 : *Ex eo tempore usque in prxsenlem diem in universa terra Ægypti, regibus quinta pars solvitur, et factum est quasi in legem.* Consiliarii principum munera oblata contemnant, XIII, 71, 1 : *Munera tua sint tibi, el dona domus luæ alteri da.*

Consiliarii aliquando plures audiendi, IV, 401. Et tamen ordinarie consiliarios oportet habere paucos, X, 192, 1 ; 193, I : *Mulli pacifici sint libi, el consiliarius sit libi unus de mille.* Consiliarii hominis tres sunl, 258, 2.

Consiliarii no præcipilent consilium, IX, 340, 1 : *Priusquam audias, ne respondeas verbum.*

Vera et sana dent consilia, V, 497, 1 : *foluntas regum labia justa ; qui recta loquitur, diligetur.* Prudentes quanti in omni re sint momenti, VI, 67, 2. Vere et sincere regum vilia carpant, el sana eis consilia suggerant, XIII, 61, 2.

Consiliarii secretum teneant, V, 466, 1. Et secreti sml tenaces, VI, 50, 1 : Sicut *aqua profunda, sic consilium* in *corde* trini.

Consiliarios sapientes sequi magna prudentiæ pars est, XI, 430, 1,2 : Aon *vocabitur ultra is, qui insipiens est, princeps.* Varia regum consiliariorum in exemplum afferuntur, *ibid.* Consiliarius quidam Elisabeth, reginæ Angliæ, monens vidit suam in gehenna sedem profundam, igneam, et alias juxta eam collegis suis paratas.

CONSOLATIONES SPIRITUALES ET DIVINÆ. L QUX CONSOLATIONUM SPIRITUALIUM CAUSA.— Consolator dicitur Deus, *Job,* 197, 2: Vûitus *cum dducuto, ei subito probas illum,* 356, 2. Consola- Uonis oceanus Deus, Will, 237, 4 : *Deus autem patientix et solatii del,* eie. Consolatio quæ per Christum allata, XI, 488, 1, 2: *Consolamini, consolamini, populе meus.* Consolatio Spiritus sancti quæ dicatur, et quanta sil, XVII, 223, 2 : *Ambulans in timore Domini, et consolatione Spiritus sancti replebatur.* Consolatio angelica quomodo a diabolica illusione secernatur, XIII, 227, 2. Consolationes sanctæ Scriptum et piorum librorum adhibere debet lentatus, IX, 94, 1 : *Et inclina aurem luam, et suscipe verba intellectus.*

IL Quando, quibus et quomodo dantur consolationes spirituales. 1® *Consolatio post desolationem sequitur,* IX, 354, I : *fiencdiclio Dei in mercedem justi festinat, clin hora velociprocessus illius fructificat;* XX, 18, i : *Omne gaudium existimate, cum in varias tentaliones incideritis,* XX, 22, I ; *Job,* 6¡8, 2. Consolationem in ærumnam submittit Deus, XXI, 14, 2, 2. Consolatio non datur nisi pnevia cruce, XII, 365, 1: *Torcular calcavit Dominus virgini filix Juda.*

2* *Consolatio divina quibus detur,* Psalm. I, 180,1, 2 : *Quam magna multitudo dulcedinis lux, Domine, quam abscondisti timentibus te !* Consolationibus terrenis carentes, reficiuntur coelestibus, et contra, II, 432, 1 : *Afflixit te penuria, ct dedit libi cibum manna.* Exempla eorum qui cas abundanter habuerunt, I, 585, 2 et seqq. Consolationes spirituales dantur vincentibus delicias ct concupiscentias carnales, XXI, 53, 2 et seqq. : *Vincenti dabo manna absconditum.*

3° *Quomodo detur consolatio divina.* Consolationes divinæ semper majores sunt passionibus, XVIII 421, 2 : *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ila el per Christum abundat consolatio nostra.* Consolatio divina dolori carnis correspondе!, *Psalm.* II, 141 : *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes lux Ixlificaverunl animam meam.* Consolatio divina prodit in externam, cl hæc ex quo agnoscitur, *Psalm.* II, 356, 1,2: *Tunc repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultalione.* Consolationes spirituales per manna significantur, I, 585, 2; XXI, 53, 2 et seqq. O.eo etiam denotantur/II, 117, 2. Sunt meile dulciores, VI, 275, 1. Sed nimias non sunt sectandæ, *ibid.* Consolatio el gratia divina omnia dura emollit. XI, 250,2 : *Computrescet jugum a facie olei.* Consolationes cœlosles et gratile hominem quam agilem reddunt, XIV, 267, 2 : *El super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.* Quomodo eæ hominem vitiosum in religione mutent, VI, 117, 2: *Thesaurus desiderabilis, el oleum in habitaculo justi.*

CONSOLANDI SUNT AFFLICTI, ET QUOMODO. Consolari mœstos, etiam hostes, divinum est, exemplis probatur, XJ, 490,1. Consolandi munus quale, *Job,* 355, 1 t *Audivi frequenter talia: Consolatores onerosi omnes vos estis* , 356, 1 : *Cumque sederem quasi rex, circumstanteexercitu, eram tamen marentium consolator.* Consolandi modus

quis optimus, *Job,* 72, 1. Consolatio concinna ct vclut ad libellum composita afflicto adhibenda, VI, 281,2 : *Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.* In consolandis afflictis per carmina quis modus servandus, 281, 2. Consolatio afflicti trislitiæ onus sublevat, XII, 354, 1 : *Non est qui consoletur ram ex omnibus charis ejus.* Consolantes afflictum verbo vel ro, a Deo pariter consolationem recipient, V, 360, 2 : *De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis.* Consolatores Jobi medici futiles, *Job,* 298, 1. Medici onerosi quales, 354. 1.

CONSORTIUM, CONVERSATIO. Consortium improborum et proborum magni est in utramque pariem momenti, V, 394, 1,2: *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; amicus stultorum similis efficietur.* Conversatio crebra sua sensa et affectus instillat ei cum quo versatur, *ibid.* Consortia improborum noxia sunt, IX, 379, 1 : *Quis miserebitur incantatori a serpente percusso, et omnibus qui appropiant bestiis? Et sic qui comitatur cum viro iniquo, ct obvolutus est in peccatis ejus;* XI, 692, 2 : *Ova aspidum ruperunt.... qui comederit de ovis eorum, morietur.* Consortii mali damna quanta, *Job,* 2, 2 : *Virerai in terra Hus.... el eral vir ille simplex, el rectus.* Conversationis malæ incommoda, III, 277, 1,2: *Dormiebant cum mulieribus qux observabant ad ostium tabernaculi.* Conversatio cum mulieribus quam periculosa, IX, 365, 1 : *A scintilla una augetur ignis, et ab uno doloso augetur sanguis.* Conversatio cum muliere est velut ignis in sinu, V, 177, 1 : *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeanl?* Est cavenda, 178, 1. Consortia improborum sunl cavenda, II, 87, 1 ; *Omni tempore quo leprosus est immundus, solus habitabit castra;* IX, 384, 1 : *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea; et qui communicaverit superbo, induet superbiam* ; 584, 1 : *Cum stulto ne mullum loquaris, et cum insensato ne abiens;* XVII, 103, 2. *Salvamini a generatione ista prava.* Conversatio asperorum hominum est labendi occasio, V, 390. 2. Conversatio quæ causa periculi est fugienda, IX, 134, 2. *Qui amat periculum, in illo peribit.* Consortium infidelium cur fidelibus velet Paulus, XVJII» 461, 1 : *Qua enim participatio justitix cum iniquitate?* Conversatio quotidiana deterit do fama, XV, 338, 2 : *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, et in domo sua* (Pide Societas).

CONSTANTIA. I. Constantia natura, proprietates, EFFECTUS, SYMBOLA ET EXEMPLA. — 4°Constantia omnia adversa superat, X, 292, 1, 2; XV, 504, 2: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Constantia superavit hostes, tam corporis quam anima», IV, 450, 2 : *Possederunt omnem locum consilio suo et patientia.* Ea proprio virorum est, VI, 34, 1. Constantis ct generosi viri descriptio, XI, 687, 1, 2: *Sustollam te super altitudines lerrx.* Constans vir nulli cedit, X. 34, 1. Constans vir est immutabilis, quasi deus terrestris, XIV, 696, 2: *Ego enim Dominus, el non mutor.*

2® Constant» animi mire hominem ad vitia virtuti contraria superanda confortat, V, 574, 2; *Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam. Quomodo* pariat timorem Domini, VI, 138, 2. Ipsa invidi® est remedium, IX, 413,1. Constantia in Dei cultu felices et gloriosos facit, XIII, 83, 1 : *Porro Daniel perseveravit usque ad regnum Darii.* Constantia et perseverantia cuilibet morituro suavis est, XIX, 310, 2 et seq. : *Fidem servavi,* in *reliquo reposita est mihi corona justitix.* Constanti® aculeus terror judicis est, 456, 2 : *De extero, expectans donec ponantur inimici scabellum pedum ejus.* Constantia in tribulatione paril coronam vitæ æternæ, 17, 2: *In nullo terreamini ab adversariis qu* illis est causa perditionis, vobis autem salutis, et hoc a Deo.*

2® Constantia significatur per topazium, I, 681, 2. Ferro denotatur, X, 317,2. Ejus symbolum est cingulum, XVIII, 677, 1, 2: *State succincti lumbos vestros in veritate.* Item calceus, XIX, 679, 2. Constanti*® symbola sunt, alectoria gemma, amiantus lapis, salamandra, XIII, 442, 1. Constantes viri lapides, infirmi vero pulvis dicti, *Psalm.* II, 181, 2 : *Quoniam placuerunt serva tuis lapides ejus, et terrz ejus miserebuntur.*

4® Constantiae sanctorum exempla, XII, 21, 2. Constantia justorum in adversis. V, 305, 2: *Justus quasi fundamentum sempiternum,* VI, 233, I.Est mirabilis, *ibid.* Eorum constantia mentis, V, 350,2. Constanti® varia exempla et scite de ea dicta, I, 671, 1 el seq., IX, 182, 1. Constantia fidei Abrahæ in rebus fidei imitanda, XVIII, 109, 2. Constantia Nehemiæ in amando, et populi in fabricando, IV. 238, 1. Constantia Mardochæi in resistendo Amano scelestissimo, 377, 2. Constanti® mirum exemplum in Eleazaro, 5Î3, 1.

II. Constantia necessitas. —Constantia decet Christianos, XIX, 278, 1 : *Ob quam causam etiam hxc patior, sed non confundor.* Eam exigit amor animæ erga Deum, XVIII, 679, 1. Constantia in sua vocatione, gradu, officio et virtute homini est necessaria, IX, 351, 1: *Sta in testamento tuo,.... et in opere mandatorum tuorum veterasce;* 586, 2 : *Loramentum colligatum in fundamento xdificii non dissolvetur : sic et cor confirmatum in cogita* tione consilii.* Ea in virtute opus est, I, 670, 2 et seq. Ipsa quoquo in omni opero necessaria, IX, 352, 1. Constantia mentis el judicii sectanda, 182, 1. Item verborum, *ibid.* Constantia fidelium in perseculionoquanta esse debeat, XIII, 156,1, 2 : *El docti in populo ruent in gladio, et in fiamma, et in captivitate.*

III. Constantia adipiscenda media. Constantia quo pacto paretur, XX, 69, 1 : *Omne donum perfectum descendens a Paire luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* A Deo petenda est, IV, 336 : *Da mihi*

in *animo constantiam, ut contemnam ilium; it virtutem ut evertam illum.* Ejus media, V, 351, i,2 el seq. Ad constantiam in virtute stimali, VI, 33, I el seq.

CONSTANS IMPERATOR. Constantis imperatoris somnium ominosum, XIII, 65, 2. Item aliud ejusdem parricidium et cædcs, *ibid.* Quas pœnas dederit, XII, 176, 2.

CONSTANTINOPOLIS. Constantinopolis urbs sic dicta a fundatore Constantino, IV, 444, 2. Constantinopolis est B. Virgini dicata, V, 213, i. A triennali Saracenorum obsidione per B. Virginem liberata, IV, 356, !. Quo pacto divinam olim vindictam evaserit, XIV, 51, 2. Justo Dei judicio in festo Pentecostes a Tureis capta, VI, 79,4;XYII,77,2. An intclligatur per Babylonem in Apocalypsi descriptam, XXI, 278, 2; 306, 1. Conslanlinopolilana sedes patriarcbalis, cur per aquilam designetur, XXL 107, 1.

CONSTANTINUS MAGNUS. L Ejüs conversio. — Ei contra Maxentium pugnaturo crux ostensa de cœlo, XVIII, 255, 2. Aquilas in labarum crucis mutavit, et cur, IV, 565, 2; XH, 199, 2; XX, 346, 2. Quam miraculose Maxentium vicerit, XI, 709, 1,2. Per crucem obtinuit do Maxentio et de Byzantinis victoriam, XII, 571, 1. Pro eo certarunt Angeli, IV, 545, 2. Primus Christi Ûdem est amplexus, I, 593, 2. Clavo cnicis Christi frenos equi sui ornavit, XIV, 543, 1, 2. Ipse symbolice frenum est Domini consecratum, *ibid.*

II. ElüS mus PRO RELIGIONE CHRISTIANA. — Pacem plenam Ecclesia) attulit, XIV, 312,2; 313, 1. Persecutiones gentilium imperatorum præcedentium stetit el inhibuit, X, 230, 2. Publicum Christi cultum per imperium sanxit, XIII, 32, 1, 2. Ejus de Christiana sapientia judicium, XII, 440, 2.

Sanxit no quis Judæus Christianum servum habeat, XVIII, 310, 2. Fronti inustionem loge vetuit, XII, 568, 2. Magos morto mulclavit, XII!, 48, 2. Plecti capite jussit eos qui libros Arii occultassent, XIX, 289, 1. Quomodo suam efformari voluerit imaginem, 202, 4. Ejus lex do terminis agrorum, VI, 379, 4,2.

Sacerdotes honorabat, IX, 251,2. In ecclesia sedero nuluit, XX, 102, 1. Episcoporum criminationes audiro noluit , 357 , i. Ecclesiæ negotiis se immiscere noluit, XV, ISO, I. Episcopum so dixit esse extra Ecclesiam, II, 462, 1.

Ipse jam Christianus basilicas augüstissimas erexit, XIV, 321, 2. Fabricam templi S. Petri Romæ suis manibus juvit, I, 536, 2. Basilicam S. Pauli erexit, camque muneribus exornavit, XVIII, 47, 1. Corpora apostolorum electro inclusit, *ibid.* Hi ci apparente^ curationem a lepra promittunt, XVIII, I i. 2.

Cur erexerit templum *Ara cali* nuncupatum, XIV. 333, 4. Ipse et Justinianus imperator S. Micha» li vanas construxerunt ecclesias, XIH, 166.2. Convocavit omnes episcopos ad dedicationem templi Jerosolytmlaui, IV, 434, i. Cur templa nun [usquo adeo splendida Rom® construxerit, I, 680, 1.

Codicem Evangeliorum ornatum S. Nicolao misit, XV, 2, 2. Filios recte instituit, X, 87, I. Quam fuerit diligens, *Job,* 685, 2. Ejus mansuetudo in illatis injuriis ferendis, XI, 633, 1. Fuit vasto validoqtio corporo aeque ac animo, IV, 425, 4. Dei auxilio siepe vicit in bello, 426, 2. Quantopere adulatores detestaretur, XIX, 120, 2. Totas noctes saepe sino somno traduxit, IV, 379, 1 ; IX, 338, 1,2; 529, 2.

Crispum filium causa inaudita necari mandat, H, 468, 1 ; XII, 260, 2; XIH, 188,4. S. Athanasium e sedo ojccit, X, 496, 2.

Cur in porticu SS. Apostolorum sepeliri voluit, \ VI. I 19. 1.

An Constantinus denotetur per angelum habentem signum Dei vivi, XXI, 163, 4. Fjus imperio an ligatur Satanas, et post annos milio solutus, XX!, I.

CONSTANTINUS COPRONYMUS. Constantinus Copronymus undo dictus Copronymus cl Caballinus, XII, 554, 2. Stercoro et sordibus, carumquo odoro miro delectabatur, *ibid.* Ejus sordes, XXI, 327,1. Quam diro in orthodoxos sit grassatus, XIII, 158, 4. Punitus fuit ob inhonoratam Virginem, III, 455, 2. Iconoclasticam hæresîm propugnans regnavit ut leo, mortuus est ut canis, XII, 641, 2. Morions clamabat vivum seso adhuc igni inestinguibili traditum esse, 774, 1, 2. Fœda luo percussus animam efflavit. XIV, 322, I : XXI. 942, 1.

CONSTANTINUS ULTIMUS. Constantinus ultimus Graecorum imperator, in Spiritum sanctum injurius, Deo pœnas dedit, IX, 63, 2. Una cum vita imperium amisit, capite truncatus, cl pariter Orientis imperii finem fecit, XXI. 194, 4.

CONSTANTIUS CIILORUS. Constantius, Magni Constantini pater, undo dictus sil Chlorus, XXI, 144, t. Quomodo veros Christianos a fictis secreverit, IX, 203, 2. Ejus lenitas, I, 416, 2. Ejus verba morlentis ad senatum, II, 511, 2.

CONSTANTIUS CONSTANTINI MAGNI FILIUS. Constantius imperator patrem Constantinum intra basilicam S. Petri sepelire non est ausus, XI, 269, 1. Etiam delatoribus somniorum credebat, VI, 379,1,2. Militibus sacro viatico instructis Magnentium profligat, XIV, 470, 2. Postea factus Arianus, quam dirus el immanis fuit in orthodoxos : typus Antichristi fuit, XXI, 265, 4, 2 et seq. Quam audacter illum impium redarguerint S. Hilarius et S. Athanasius, XIX, 274, 2. Fr® inœrorè contabuit, quod a Juliano Apostata cognato suo imperio et vita sensim so excludi videret, XII, 773, 2. Sacro igno percussus interiit, XII, 476, 4 ; XIV, 322, 1. Ejus mors, et quid in morio deploraret, XXI, 2G6, *i* De Iribus in morte doluit, III, 621, t.

CONSTITUTIONES. Constitutiones monastic® et pontifici® non sunt fida religio, XIX, 98, 1. 2. Constitutiones monastic® omnes ex Evangelio accoptae sunt, XV, 8, 2t

CONSUETUDO. 1® Consuetudinis vis,—Consuotudo quantum possit sivo in bonum, sive in malum, VII, 73, 2 : *Perversi difficile corriguntur.* Consuetudinis quanta sit vis et efficacia, IX, 383, 2; 384, 1; XI, <6!, 1 : *Vx qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitati', et quasi vinculum plaustri peccatum;* XII, 69, 1 : *Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, frigidam fecit malitiam suam;* 117, 1 : *Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas,* 582, 2. Est velut altera natura, XIII, 419, 2 : *Ephraim vitula docta diligere* fnVurain.Consuetudo peccandi affertquamdam mali necessitatem, V, 561, I : *Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Inducit magnam resistendi difficultatem, non impossibilitatem, XII, 117, 1.

II. Consuetudinis malje alii effectus. — Ejus malum et periculum, V, 561, 1. Quam sil pessima, *Job,* 160, 2 : *Qux prius nolebat tangere anima mea, nunc prx angustia cibi mei sunt;* 288, 1 : 5i in*cluscril hominem, nullus est qui aperiat;* 388, 1 : *Immisit enim in rete pedes suos, et in maculis ejus ambulat.* Consuetudo peccandi quam sil noxia, IX, 227, 1 : *Neque alliges duplicia peccata, ncc enim in uno eris immunis;* XX, 620, 1, 2 ; *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis.*

Consuetudo sensum mali adimit, V, 533, 2: *Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagx apud stultum.* Est velut paralysis, XVI, 374, 1 : *Erat autem quidam homo ibi, triginta ct octo annos habens in infirmitate.* Consuetudo prava vix admittit verbum Dei, ct non sinit fructum agere, XV, 324, 2. Consuetudo mala est velut lectus peccare pergentium, V, 561, 1; VI, 314, 2 : *Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.* Instar lapidis operculi est, XII, 404, 1 ; *Lapsa est in lacum vita mea, posuerunt lapidem super me.* Est quasi lapis molaris, XVI, 494, 2 : *Erat autem spelunca, cl lapis superpositus erat ei.* Est velut massa plumbea, XIV, 421,1 : *Et misit massam plumbeam in os ejus.*

III. Consuetudinis mal.e rvmpendæ necessitas et media. — Consuetudinis vincula rumpenda volenti e carcere peccati egredi, XIV, 88, 1, 2. Evinci quomodo queat, XII, 117, 1. Consuetudo consuetudini) vincitur, *xbid.* Consuetudo omnia lenit, XI. 251, 1,

CONSUMMARE, CONSUMMATIO. Consummaro in Scriptura aliquando est gloriosum facere, item consecraro, XIX, 371, 2. Consummatio aliquando est idem quod consumptio, IX, 567, I. Consummatio abbreviata quid sitad litteram, XI, 248, t. 2, Consummari civitates ante adventum Christi, quomodo intclligendum, XV, 270, 2. Consummatus quis, Vili, 372, 2.

Quomodo Dous consummatio sermonum osso dicatur, X, 415, 2; 416, 1,2. Item consummatio sapienliæ et virtutis, 413, 2.

Quomodo Christus sil passus in consummatione seculorum, XIX, 448, 2. Quomodo sit consumma-* tus, 397, 1. Ipse est consummatio legis, XVIII, 176, 1 Unica oblatione consummavit sanctificato» in aeternum, XIX, 456, 2. Consummationis tempus est dies consumptionis ct necis, X, 320, <• Eaque duplex, partialis et communis, tbfcL Consummatio significat etiam animæ corporisque beatitudinem, XIX, 491, 2. Consummati dicuntur pio defuncti 372,1.

CONTEMPLATIO, CONTEMPLATIVA VITA. I. Contemplationis natura. — Quid sii contemplatio, XIV, 253, i; XVI, 153, 2i *Maria optimam partem elegit, qux non auferetur ab ea.* Contemplatio, meditatio et cogitatio quomodo distinguantur, IX, 427, 2 : *Beatus vir qui in sapientia sua morabitur,* d *qui in justitia sua meditabitur, et* in *sensu cogitalnl circumspectionem Dei.* Contemplativa vita est secundus status animas Deum quærentis, VII, 461, 2. Ejus actus ot effectus, XVI, 158, 2; 159, i. Contemplativa vita describitur, I, 294, i. Ejusdem quindecim gradus, VII. 665, 1. Ejus summus gradus, 567, 2. Summus gradus in union* consistit, ct quid sit iila unio, 470, 2 : *Osculetur me osculo oris sui.* Contemplantes attente diu sino cibo vivere possunt, XV, 119, 1. Contemplatio consumit spiritus animales, hinc eget cibo, *ibid.* Contemplationis materia qualis, *Psalm.* I, 29, 2 : *Mane astabo tibi et videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.*

Contemplationi intendens sapphiro designatur, XXI, 386,1. Contemplativi sunt velut aves in sublime volantes, V, 41,2: *Frustra autem jacitur rete ante oculos pennatorum.* Contemplatio est mysticum sepulcrum, *Job,* 93, 2 : *Qui expectant mortem, et non venit.... gaudentquo vefumerder, cum invenerint sepulcrum.* Rachel typus est contemplativa? vitæ, Lia activo?, I, 294, 1. Ejus typus est etiam Joannes apostolus, XVI, 652, 1. Contemplatio per sapientiam in Proverbiis denotatur, VI, 186, 3.

11. CoMTEMPLATIONIS EXCELLENTIA, NECESSITAS et fructus. — 1® Contemplatio actione potior est, X, 2S7, 2. Octo de causis præstat actioni, I, 294, i. In cœlo perficietur, XVI, 157, 1.

2q Contemplatio est necessaria ad plenam sanctitatem et perfectionem, XVI, 155, 2: *Porro unum est necessarium.* Ea omissa labilur homo in peccata carnis, III, 211, 1, 2: Si *rasum (uerit caput meum, recedet a me fortitudo mea.* Contemplatio imperfectiones absumit, III, 63, 2.

3* Contemplationis fructus, VIII. 31, I : *Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet.* Contemplationi vacans inoratur in sapientia, IX, 428, I. Contemplatione gaudet prudens, VI, 554. I . *Qui moderatur sermones suos, doctus el prudens est, ct pretiosi spiritus vir eruditus.* Contemplatio Dei quam voluptatem afferat sanctis. XII, 33, 1. Contemplatio rerum coelestium quomodo dicatur manna absconditum, XXI, 53, 2 : Fmct/iti *dabo manna absconditum.*

Contemplativi omnes vires animæ Deo uniunt, IX, ±51, i, 2 : *In omni virtute tua dilige eum qui te fecit.* Mente conscendunt ad Dei caliginem, X, 454, 2 : *Audivit enim eum, et vocem ipsius, et induxit illum in nubem.* Contemplativi humiles divinam majestatem possunt contemplari, VI, 291, 2 et seq. : *Qui scrutator esi majestatis, opprimetur a gloria.* Contemplativis revelat Deus arcana sua, XVI, 566, 2 : *Omnia quæ audivi a Patre, nota feci vobis.* Ei arctissime uniuntur, 600, 1, 2: *Sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut el ipsi in nobis unum sint.* Contemplativorum unio cum Deo quomodo fiat, et ubi, VII, 471, I.

III. CONTEMPLATIONIS ACQUIRENDA MEDIA, ET EA quomodo utendum,— !• Ad contemplandum quæ præparatio requiratur, X, 287, L Ei vacans sil mente vacuus ab omni cogitatione et cura terrena, •*ibid. : Sapientia scribx in tempore vacuitatis.* Requirit animum liberum a tumultu perturbationum rerum sæcularium, *Psalm.,* I, 305, 2 : *Vacate et videte quoniam ego sum Deus.* Ad eam per septem, imo per duodecim gradus ascenditur, VII, 490. 2 et seq. : *Introduxit me rex in cellaria sua;* XXI, 169, 1. Acquiritur per activæ vitæ opera, XVI, 159, I. Contemplatio sterilis est sine actione, V, 20, 1 : *Ad sciendam sapientiam et disciplinam.* Ea actione miscenda est, VI, 179, 1, 2; *Job,* 184, 2. Contemplativam vitam Christus junxit activæ, XV, 430,1.

CONTEMPTOS. I. Contemptus Dei et sacrobum. — Contemptus Dei oritur ab obduratione et contumacia peccantium, V, 562, 1 : *Impius, cumin profundum peccatorum venerit, contemnit.* Contemptus Dei et hominum signum est obstinatæ mentis, XVIII, 190, 2: *Dedit illis... oculos ut non videant, et aures ut non audiant.*

Contemptus sacrorum apud Judæos post reditum e captivitate undo provenerit, XIV, 565, 2 : *Et dixistis: Ecce de labore, et exsufflastis illud.* Contemptum sacrorum et sacerdotum punit Deus per lyrannidem principum, XIII, 460, 1 : *Dabo tibi regem in furore meo.*

II. Contemptus mundi.—Contemptus mundi calcat omnia terrena, III, 5, 2 : *Omnem locum quem calcaverit vestigium pedis vestri, vobis tradam.* Contemptus mundi omnem supprimit spem, XIV, 370,Î.Contemptus divitiarum est instrumentum omnis philosophiae, XII 66», I, 2. Contemnere laudes et verba hominum, perfectorum est, 146, I : *Et ego nonsurr. turbatus, te pastorem sequens; et diem hominis non desideravi.* Contemptum a mundo Deus corroborat, XII, 477, 2. Contemptum sii ubi ferre debeat sacerdos, ubi non, XIX, 232, 2 : *Nemo adotacentiam tuam contemnat.*Contemnentis temporalia premium. *Psalm.* I, 24, 2 : *Scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum.*

CONTENTIO. I. Contentio cum deo. — Contendere cum Deo temerarium, *Job,* 219, i ; 220, i : Si *voluerit contendere cum eo, non poterit et respondere unum pro mille;* 226, 2 : *Si venerit ad me, non videbo eum ; si abierit, non intelligam ;* 748, 2 : *Utique qui arguit Deum, debet respondere ei.* Contentio cum Deo perniciosa, *Job,* 749, 2 : *Qui leviter loculus sum, respondere quid possum ? Manum meam ponam super os meum,* 787, 2. Contentio cum Deo fugienda, *Job,* 177, 1 ; 178, 1 ; 242, 2 : *Ncque enim viro qui similis mei est respondebo ; nec qui mecum in judicio ex sequo possit audiri.*

II. Contentio cum hominibus. — I® *Contentio hominum unde nascatur,* XX, 161, 2 : *Nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem.* Contentiones sequuntur ex logomachia hæreticorum, XIX, 254, 2 : *Languens circa questione* el pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidi#, contentiones.*

2° Cultus Dei pulchritudine et decoro promovetur, X, 435, L Cultus Deo gratissimus consistit in peccatorum fuga et custodia legis, 213, 1 : *Qui conservat legem, multiplicat oblationem.* Non juvat in peccatis persistentes, 209, 2 ct seq. : *Unus orans, ct unus maledicens cujus vocem exaudid Deus? (Vide* Deus, Rel ig io).

3’ Cultus sacrorum non fuit Hierosolymis tam elegans post reditum captivitatis, quam fuerat ante, XIV 884» >*

4° Cultus Deipara) in orbo varius est ot multiplex, XVI, 37, 2. Cultus B. Virginis semper prodest, V, 243, 1, 2. Praeservat a peccato et perseverantia) donum efflagitat, IX, 657, i. Cultores B. Virginis bene de suo salute sperent, V, 227, I *(Vide* Mar ia).

CUNCTATIO. Cunctatio in consilio prodest, VI, 73. I : *Hxreditas ad quam festinatur a principio, in novissimo benedictione carebil.* Cunctatione opus est, cum periculum mora declinari potest, X, 1

I CUNEGUNDIS (S). S. Cunegundis imperatrix

fuit in matrimonio virgo» et super lgneas laminas ambulans, sunm virginitatem probavit, I, 453, I ; II, 76, i; Nili, 45,2} XVIII, 272, i; 301,2. Facta viduo, sancio in monasterio vixit, XIX, 238, 2. Quomodo usquo ad finem vitæ cilicio usa, ct in eo inori voluerit, I, 342, 1. Ejus mors et sepultura, XIII, 45, 2; XIX, 238, 2.

CUPIDITAS. I. Cupiditatis origo, diversa species et characteres.

I0 Cupiditas unde in homine nasentur, XVI, 494, 2.

2° Cupiditas in homine triplex est, VI, 386, 1.

3° Cupiditas est stulta, ctqui eam sequitur stultus est, VI, 387, 2 : *Qui confidit in corde suo, stultus est;* 400, i : *Totum spiritum suum profert stultus.*

4* Cupiditates quasi vinum inebriant hominem, XIV, 228,1 *:Et quomodo vinum potantem decipit, sic erit vir superbus.* Cupiditas est pix animæ, IX, 384, 1 *:Qui tetigerit picem, inquinabitur in ea.*

5° Cupiditas est insatiabilis, V, 69,2; XVI, 358,1: *Qui bibit e.v aqua hac, sitiet iterum.* Præserlim opum cupiditas, V, 461, 1 : *Melior est parum cum timore Domini, quam thesauri magni et insatiabiles.* Cupiditas est Charybdis insatiabilis, cl velut ardens febris, et fera effera, XIV, 228, 2. Cupiditas opum est belluina. V, 540, 2 : *Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit ?* Cupidus cur dicatur latus animus, VI. 385, 2 et seq. : *Qui se jactat, ct dilatat, jurgia concitat.* Omnia capero desiderat, *ibid.* Cupiditas est velut meretrix, 5, 268, 4.

6° Cupiditatis in homine per peccatum corrupto quanta silvis, IV, 516, 4.

II. Cupiditatis peccati gravitas. — Cupiditati obsequens crimino so obstringit, VI, 3, t. Cupiditatis opum coacervandarum quando sit peccatum mortalo, IX, 342, 2 : Fifi, *ne in mullis sint actus tui; ct si dives fueris, non cris immunisa delicto.* Cupiditatibus obsequi cupiunt impii, V, 393, 1,2. *Desiderium si compleatur, delectat animam : detestantur stulti eos qui fugiunt mala.* Cupiditas quævis charitali contraria significatur per ignem alienum, II, 55, 2. Cupidatos sunt aquæ furtivo), cur, V, 2G7, 1.

III. Cupiditatis effectus.

!• Cupiditas radix omnis peccati, XV, 139, 2 el seqq. Cupiditas radix omnium malorum ostenditur. *Psalm.* I, 305, 2. Cupiditas quænain sil radix omnium malorum, XIX, 259, 1 : *Hadix omnium malorum est cupiditas.* Nimia cupiditas opum et rerum delectabilium est causa malonim, XVIII, 638, 2: *Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitia, in operationem immunditia omnis, in avaritiam,* XIX; 258, I : (hii *volunt divites fleri, incidunt in tcnlatiorwm, et in laqueum diaboli,* etc.

2a Cupiditas est mater atticismi, Vili, 299, I : *Dixerunt enim cogitantes apud se non recte: Exiyuum et cum iodio est tempus vita nmtra, et* non *est refrigerium in fine hominis,* etc. Cupiditates sunt dii peccantium, XIII, 309, 1 : *Et argentum multiplicavi ei, et aurum qua fecerunt Paal.*

3° Cupiditati serviens rex vere servus est, V, 369, 2 : *Manus fortium dominabitur ; qua autem vernissa est, tributis serviet.* Ei serviens pessimis dominis servivit, X, 189, 2 et seq. Cupidi pro puncto voluplatisseefficiuntmancipiadiaboli, IV, 330, 2. Cupiditatibus addicti obturant aures suas disciplinæ et monitis salutaribus, *V,* 242, !•

4° Cupiditas inexplebilis est omnis tristitiae causa, XIX, 260, 2 : *Quam* (cupiditatem) *quidam appetentes, erraverunt a fide, el inseruerunt se do* loribus multis.* Cupiditates contrariis poenis punit Deus, XIV, 569-2.

5° Cupiditas causa audaci® est, V, 879, 1 : *Patrem ct matrem confundit audax.*

6* Cupiditas èst fons ct origo discordi®, IX, 670, 1. Est jurgiorum mater, VI, 387, 1 : *Qui se jactat, et dilatat, jurgia concitat.* Cupiditates sunt causæ perturbationum, V, 379, 1,2.

7° Cupiditas est mater paupertatis, VI, 387, I. Cupidus est pauper, V, 379, I : *Est quasi pauper cum in multis divitiis sit ;* IX, 405, 2: *Pona est substantia cui non est peccatum in conscientia, et nequissima paupertas in ore impii.* Cupiditates sunt quasi panis subcinericius, XIII, 382, 2.

8° Cupiditas seipsa perimit, V, 47, 1 : *Usquequo..... stulti ea qua sibi sunt noxia cupient ?* Est viaquæ videtur homini recta, et novissima ejus deducunt ad mortem, 416,2.Cupiditatum quibus quis vivens servivit, memoria etiam in morte recurrit, XX, H7, 2.

IV. Cupiditas refrenanda, et quomodo.— Cupiditas est nobis cohibenda, VI, 292,2. Cupiditates sunt nobis abnegando*, XV, 375, 1 et seq. : Si *quis vult post me venire, abneget semetipsum.* Cupiditas non debet dominari. sed famulari. X, 362,1. Cupiditatibus debent imperare Christiani, XX, 90, I, 2 : *Qui vicerit, dabo ei sedere mecumjn throno meo,* 244, 1. Si ei obsequaris, insolescit; si resistas, mitescit, VI, 160, t, Ilefræuaus eam, sapiens est, 400, I. Ejus resecatio veræ sunt Ófes, X. 98, 1 *: Salus animir in sanctitate justi* tiœ, melior est omni auro ct argento.* Cupiditas est inexplebilis, ideo debet esse moderata,VI,351,2 : *Infernus cl perditio nunquam implentur; similiter ct oculi hominum insaturabiles.* Cupiditatibus suis vim faciens, coronam in cœlo promeretur, XV, 286, 2 : *Pegnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.*

Cupiditatis initiis est obsistendum, V, 417, I* Cupiditates strenue sunt debellando), *Job,* 182, I. Cupiditates dum morlilicaiitur» acrius exurgunl, IX, 91, 1 *: Pili, accedei^ ad servitutem Dei, prospara animam tuam ad tentationem.* Cupiditatis remedium unde petendum,XVI, 194,2 (VnfeAvA* RiriA, Libido, Passio, Concupiscentia).

CUPIDO. Cupido divinus, Vili, 22, *i.* Ejus effigies, i8,2. Cupidinis schema, V,263,1,2. Cupido summus deorum erat Gentilibus, XX, 598, 1. Ex concupiscentia natus, quomodo is piugatur, 60, L Ejus descriptio, *ibid.* ct seqq. Ejus varia nomina, 2. Ejus viset potentia, XXI, 311, 1.

CUPRESSUS. Cupressus arbor frondes habet capillatas, et in conum assurgentes; ejus utilitas, IX, 634, 2 ; X, 540, 1. Semper viret, nec rimas agit, IX, 634, 2 et seq. Ejus vis medica : succisa non recrescit,eratqueproindesymbolum mortis ct funeris, et dicta feralis, IX, 635, 1 ; X, 540, Í. Ex ca fiebant deorum simulacra,et heroum sarcophagi. IX, 635, L Eugat blattas et lineas, *ibid.* Ejus succincta descriptio, IX, 365, 1 ; X, 540, 1. Refert speciem capitis humani egregii comati et pexi, IX, 635,2 ; X, 539, 2. Cupressi pulchræ quidem sunt et sublimes,nullum tamen edunt fructum, XIII, 473, 2. Cur dicantur ælernæ, 470, 2. Cupressus arbor symbolum multa pollicentium, nihil præstantium, <1. 271.1.

CURA. Cura est vehemens sollicitudo, undo ita dicta, VI, 386, 2. Quæ dicatur cura diligens. Cune temporalium spinæ sunt, XV, 325, 1, 2.

Cura pungit ut spina, V, 548, 2. Cure hominem exedunt, X, 107, 2. Reddunt eum inquietum el vigilem, 112, 1. Cura implicat, quies explicat, VII 608, 1. Cura sollicitans animum quos producat effectus, 20, 2 et seqq. Cune mordaces, XI, 673, 1, 2. Curæ hujus vitæ non sinunt hominem do salute anirnæ cogitare, XVI, 259, 1.

Cura quanta habenda temporis, XVIII, 656, 1. Cura adhibenda in puerorum natura corrupta cohibenda, VI, 159, 1. Cura castitatis tuendæ hominem conficit, X, 11!, i. Cura immoderata corporis fugienda, XVIII, 226,2. Cura salutis omnium hominum habenda, etiam servorum, XIX, 341, 2. Curaro alios volens prius seipsum curet, XVI, 104, I.

Curæ anxiæ deponendæ, X, 102, 2. Et Deo resîgnandæ, *ibid. (Vide* Sollicitudo).

CURIOSITAS. 1° Curiositas et otium plerumque conjuncta, et quæ inde mala sequantur, XIX, 129, 2: *Operam detis, ut quieti sitis, et ut vestrum negotium agatis.* Curiositas magna est aliena secreta expiscari, IX, 276, 2: *Non omni homini cor tuum manifestes.*

2f Curiosorum vanitas, XIX, 171, 2 : *Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes.* Curiositas mulla et varia damna affert, XX, 368, 1.

3Q Curiositas hominum damnatur, VII, 236, 1 : *Quid necesse est homini majora se quxrerc, cum ignore! quid conducat sibi in vita sua?* Curiositas vetatur, IX, 340, 2: *be ea re qux te non molestat, ne certeris.* Item curiositas circumspiciendi, 283, 1 : .Voli *circumspicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius.* Curiositas mulla videndi el experiendi, mortificanda est, 129, 2: /n *pluribus operibus ejus* (Dei) *nr fueris curiosus,* 351, 2. Curiositas in divinis scrutandis, Deo displicet, VI, 291,1 ; 292, 2: *Qui scrutator est majestatis, opprimetur a gloria.* Curiositas refrenanda silentium servaro volenti, XI, 417, 1, 2. Curiosi taxantur, ct ad curiosos acuta responso, XVII, 323, 1 : *Ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid novi.* Curiosorum vanitas in regum consiliis indagandis laxatur, VI, 256, 2 : *Casium sursum, et terra deorsum, el cor regum inscrutabile.* Curiosorum sectatores Ephesi qui essent, XVII, 356, ! : *Multi autem eorum qui fuerant curiosa sectati.*

CURRUS. Currus belli qualos essent, XI, 330,2; 332, 1. Curruum falcatorum, ot ardentibus tædis instructorum usus olim in bello erat, XIV, 79, 1.

Currus Dei quadrijugus et quadriga apud Ezechielem cur tempestate involvatur, XIV,498,1. Quid hic designet, an Nabuchodonosorem, *ibid.* An quatuor orbis plagas, *ibid.* An quatuor ordines angelorum, *ibid.* An quatuor monarchias et castra Israolilarum, 499, I. An quatuor in quibus confidebant Judæi, *ibid,* ct 2. An quatuor Dei fœdera, *ibid.* An creaturas omnes, *ibid.* Optime vero Dei essentiam, beatiludinem, providentiam, potestatem et regnum, *ibid.,el* 500, 1. Currus Dei est orbis, et per omnos currus partes id ostenditur, 500, 1, 2. Notat item bellum et victoriam Dei, cur, 501,1. Currus hic fuit Dei bellantis et exscindcntisJudæos per Chaldæos, 501, I, 2. Currus cherubicus, quo Deum vehi conspexit Ezechiel, cur e templo in montem Oliveti evolare visus sit, 530, 2. Ilie currus sunt angeli et quatuor monarchiae, *ibid.* Allegorico est currus Evangeli! et Ecclesiæ, 502, 1. Anagogice est Ecclesia triumphans, *ibid.* 2, el 503, i. Quomodo hic ferretur agente spiritu, 491,1. Currus triumphalis Beatorum qualis sit, XII, 456,1.

Currus Dei sunt angelorum millia, XVIII, 625, 2. Item cherubim, XIX, 435, 2. Item cœli et mundus, 354, 4.

Currus et equi ignei quibus Elias raptus, quid sibi velint, X, 510, 2. Quid allegorico et anagogice. 5H, 2.

Currus animæ pœnitentis ct conversa), VII, 512,1. Currus tropologice est anima, XIV, 258, 2.

CURSORES, CURSUS. Cursores sunt iidem qui ministri regum et judicum, V, 161, 2.

Cursor Christianus alius currit viribus natura), alius gratiæ, XVIII, 166, ! : *Igitur non volentis, neque currentis. sed miserentis est Dei.* Quomodo se extendat ad anteriora, XIX, 48, 1 : *Qux quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero qux sunt priora extendens meipsum.* Quæ in cursu ad bravium requirantur, XVIII, 333, 1 : *Sic currite ut comprehendatis.* Currentibus in stadio duo sunt cavenda, XIX, 495, i : *Deponentes omne pondus el circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.* Currendum est post Christum, nec solum eundum, quare, VII. 486, i : *Trahe me : post te curremus.* Cursus Christi qua-

is fuerit, XIX, <333, I. Cursus Pauli, qualis et quantus , 310 , 1 : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi.* Currentibus Deus magnam gratiam, spiritum, nitfgnog animos et vires aspirat, XI, 506, 1, 2 et seqq. : *Current, ct non laborabunt; ambulabunt, ct non deficient.*

CUSTODES, CUSTODIA. PCustosIIebnris vocatur præfcctus, rex, dominus, XIV, 195, i *.Custodes Iui quasi locuslæ.* Custodia capitur pro vinclis, etiam pro custodibus et apparitoribus, XVII, 414, i. *I/I autem judicatum est.... tradi Paulum cum reliquis custodiis.*

2° Custodia Dei angelorum et sacerdotum qui Ecclesiam custodiunt triplici muro denotatur, XII, 78 4,1. Custodia angelorum et hominum est murus et antemurale, 373, 2: *Luxitquc antemurale, et murus pariter dissipatus est.* Custodia Dei firma, *Job,* 199; 1 : *Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum?* 373, 1 : *Libera me, Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnat contra me.* Custodia Dei erga suos mira, XX, 247, 1 : 0ui *in virtute Dei custodimini per fidem in salutem.*

3® Custodes templi mystice sunt zelosi, XII, 802,1,2. Custodes domus quinam sint in homine, V11, 385, 1,2 : *Quando commovebuntur custodes domus, et nutabunt viri fortissimi.* Custodes civitatis in Cantico canticorum qui, VIII, 114, 1 : *Invenerunt me custodes qui circumeunt civitatem.* Custos de nocte venire quomodo intelligatur, mystice, XII, 802, 1, 2. *Ad me clamat ex Seir : Custos quid de nocte ?*

4° Custodia dicitur præceptorum et rituum observatio, XIV, 386, 2 : Si *in viis meis ambulaveris, el custodiam meam custodieris.* Custodia Hebræis vocantur leges per metonymiam, XII, 341, 1 : *Dominum dereliquerunt non custodiendo.* Custodia mystice est secretum, item status, gradus, ct officium, XIV, 223, I : *Super custodiam meam stabo.* Custodia sensuum nobis esso debet exactissima, XII, 85, 1 : *Ascendit mors per fenestras.* Custodia oculorum praesertim suadetur, VII, 107, 2 : *Et omnia, quæ desideraverant oculi mei, non negavi cis.*

5° Custodes sepulcri sunt ab angelis exterriti, XV, 650, 1. EI diffugerunt, 654, 2. Quid pontificibus nuntiarint, *ibid.* Eos fallero eral impossibile, 655,1. Corrumpuntur auro a pontificibus, *ibid.* Omnem tamen fucum et rem totam Pilato aperiunt, *ibid.* Sed plebi aliud persuaserunt, 655, 2 el seq.

Custos carceris Philippensis qua occasione ad fidem sit conversus, XVII, 312, 2. Custodes cartaria Petri, equo ipse liberatus, an occisi, 270, 1.

CUTHÆI. Cuthæi qui sint, XII, 224, 2. Cuthæi sunt Assyrii a Sahnanasar in Samariam translati loco Israelitarum abductorum, XIII, 294,2. Cum Deo vero etiam idola colebant, XIII, 294,2; XIV, 438, 2.

CYATHI. Cyathos quot in mensa biberent veteres, X, 135, 1. Bibebant veteres ad numerum, in honorem Fortunæ et Anna Percnnæ, XI, 750, 1. Cyathi in conviviis etiam coronabantur, X, 147, 1. Cyathi tabernaculi cui usui servirent, 1 619, 1 Eorum tropologica significatio, 650, L

CYAXAIIES. Cyaxares vox unde formetur, XIV, 173, I.Ejus pateret filius,iàùLQuamdiuregnarli, XIII, 23, 1,2.; XIV, 175, 1. Scythas e Media expulit, 173, 2. Despondit filiam <uam Nitocrin Nabuchodonosori, ut se in obsidio Ninives adjuvaret, XIV, 173,2. Cyaxares rex Medorum Niniven cepit cl evertit, XIi, 12, 2 ; XIV, 173, 1 ; 174, 2. Ejus imperium quos habuerit fines,XIII, 23,1, 2

CYPRIANUS (S.), martyr. S. Cyprianus primum magus, sed postea fidelis et martyr, suis incantationibus dæmonern excivit, cur, IV, 279, 2.

CYPRIANUS (S.), EPISCOPES CARTHAGINIENSIS. S. Cyprianus Caecilii nomen accepit a Cædlio presbytero a quo babtixatus est, XVHI, 37, 2; Quomodo sit per baptismum immutatus, XII, 752, 1 ; XVI, 130, 1 ; XVHI, 293, 2. Ad episcopatum assumptus omnem affectum erga uxorem et filias deposuit, XII, 836, L S. Cypriani modestia in vultu, XX, 325, 1. Fuit in hoc mundo peregrinus, I, 184,2.

Quanta illi fuerit cupido sacri sermonis, XIX, 308, 2. Suos quotidie docebat, et absens per epistolas, *ibid.* Unicuique hominum statim congruam dabat instructionem, XVI, 179, 2. S. Cypriani qualis sit stylus ct phrasis, V.447, 2. Ejus de Tertulliano judicium, IX, 29, 1.

S. Cornelii pontificis auctoritatem tuetur contra schismaticos, XIII, 392, 2. Quantopere hæreticos odisset, XIX, 289. i. Qua de causa tractatum de *Mortalitate* scripserit, XIX, 15, 2. Wandalorum excidium prædixit. XXI, 201, 1.

Ejus error de rebaptizandis haereticis, X, 2 H, 2 ; XVII, 250, I ; XVHI, 624,2. Ejus error de mundi ætate cl duratione, XX!, 354, 1.

Ejusresolulioinrespondendoproconsuliinstanti ad idola adoranda, XIII, ¡0, 2. Audita mortis sententia Deo egit gratias, et gavisus est, XIII, 464. 2; XVHI, 409, 2. Ejus ad tyrannum commiserantem intrepida vox, 1, 411, 2. Docuit suos ad mortem usque, et morti proximus adhuc eos hortabatur, XX, 374, 2. Carnifici suo jussit dari 20 vel 25 aureos, XV, 174, I ; XX, 374, i.

CYPRUS INSULA. Cyprus insula a Syria avulsa dicitur, X, 414, I. Cyprias virgines stupro ejusquo prelio Venerem colebant, XII, 462, 1. Cyprii ohm græco loquebantur, XVII. 278, 2.

CYPRUS ARBOR. Cyprus quid, VII, 78, 2. Qualis arbor, 350, 2. An sit balsamum, *ibid,* et seq. An vero ligustrum, *ibid.* Cyprus in Cantico quid significet, 529, 2. Ejus symbola, VIIIt 79, 2 et seq.

CYRENE. Cyrene duplex est : una in Libya, altera in Media, VIII, 442, 2; 542, 2 ; XVII, 91, 1.

Undo vox *Cyrene* formetur, *ibid.* Cyrene yari® sunt urbes, XV, 613, I. Cyrenensis Synagoga quæ esset Hierosolymis, XVII, 166, 2.

CYRILLUS ALEXANDRINUS. (S.) S. Cyrillus

Alexandrinus præfuit scholæ Alexandrinæ, XIV, 191, 1. Praecipuus antagonista Nestorii hærclici fuit 371, 1. Contra Nostorium a B. Virgine fuit armatus, V, 209, 1.

Cyrillus apologorum moralium auctor quis fuerit, el qua ætate vixerit, an tribui possint S. Cyriilo Alexandrino, IX, 14, 2. Isti apologi morales a quo editi, el quam sint elegantes, V, 13, 2. S. Cyrillus Alexandrinussymbolis et apologis gaudet, IX, 26,1. Scripsit in Prophetas minores, XIH. 222, 1. Egregie in Joannein commentatus est, sed ejus libri quatuor interciderunt, quos supplovit Judocus Cliclovæus, XVI, 291, 1. In Apocalypsin scripsit, XXI, 11,1.

CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. (S.) S. Cyrillus Hierosolymitanus catechista fuit, XVili, 676, i.

GYRINUS. Cyrinus, Syrko prases, quis fuerit, XVI, 56,1.

CYRUS. 1» *Cyri nomen et educatio.* Varia Cyri etyma, IV, 205, 1. Quid nomon ejus significet hebraico, IV. 205, 1, 2. Hebraico vocatur Messias, XI, 547, 1. Quid grace, *ibid.,* et 206, 1. Etymon ejus genuinum est Persicum, 206, 1. Lingua Persica significat solem, ct sic dictus est a solo, VI, 54,2; XI, 547,1, 2. Cur vocetur avis, XI, 566,1,2. Unde emanaverit eum a cano esso educatum, IV, 205, 1, 2. A cano nutritus, venationis fuit studiosus, VI, 466, 1. Cum avunculo Dario el familia Astyagis valdo conjunctus fuit, XIII, 76, 1.

2’ *Ejus labor et frugalitas.* Laborem suadebat, nec comabat nisi prius corpus exercendo sudassel, IV, 206, 2 ; 207, 1 ; XIX, 230, 2, Sua manu agros el hortos excoluit, IV, 301, 1, 2. Ejus frugalitas, 362, 2. Ejus de sobrietate sententia, XIII, 12, 2. Quid dixit cum vinum sibi propinatum bibere renuit, VI, 211, 2; XIII, 343, 1. Ipse asino et Persæ asiois assimilantur, XIV, 244, 2. Cur asinus et mulus in Scriptura dicatur, XI, 330, 2 ; XIV, 244,2. Cur vir bigæ equitum, XIV, 332, 1. Eral bellicosus el quietis impatiens, IV, 205, 1. Ejus vegeta senoclus, X, 474, 2.

Quomodo Persas suos ad labores eflbrmarit, XI, 368, 1. Ignavos milites exauclorabal, XXI, 82, i.

3« *Ejus vocatio.* Cyrus a Deo est electus, XI, 649, i; 577,1,2. Esi vir voluntatis Dei, XI, 566, 2. Fuit divinae vindicte administer, 577, 2. Cur Deus excitaverit ejus affectum et voluntatem, IV, 206,1. Do eo Isaiæ oraculum, *ibid.* el 2. Prophetavit de eo Isaías ducentis et decem annis ante, XI, 547,1. Ex Isaia prasciro potuit suas do Babylone victorias, XII, 50, 2- Ipso hanc prophetiam legens ea animatus sumpsit audaciam Babyloniam invadendi, *ibid.*

4» *Ejui religio et virtutes.* Deum verum agnovit, IV, 206, 2. Attamen verum Deum publico agnovisse non videtur, quia mansit in cultu idolorum, XI, 550, 1, 2. An publico Deum Judxorum professus sit, 547, 1. Exemplar fuit omnium regiarum virtutum, IV, 205,2. Nihil admirabatur, XXL 156,2; 315, 2. Cambysen filium admohult ut ad Dauni in omni tractatione confugeret, XIV, 321, 2. Ejus tessera belli quæ, 538, 1. ImporiutB a Deo iniit et cum eo vilam finivit, XX, 216, 2.

5° .4 *Cyro Babylonis eversio.* Cyfus et Darius quo astu Babylonem ceperint, XXI, 299, 2 et seq. Per prima sua castra brevi et facile Cyrus Babyloneic expugnavit, XII, 318, 2. Cepil hanc urbem diver tendo Euphratem, XIII, 75, 1. Illam occupavit nnlr Euphrate in varias lacunas derivato, XI, 271.2.Om nia Babylonis monumenta subvertit, 535, I. Idoli Babylonis contrivit ct avexit, 562, 1. Baltasarcni rogem per suos septem principes occidit, clJtulæos indo liberavit : septem ejus principes qui fuerint, XIV, 123, 1. Regnum Babylonis ad Persas transtulit, XII, 314, 2. Quando regnant in Perside, et quamdiu ut monarcha, XVI, 334, 2. Quo anno factus est monarcha, IV, 204, 1, 2; 205, 1. Quo anno coeperit regnaro ct Babylonem expugnavit, *ibid.* Anui monarcha regnaverit septem annis, *ibid.* Tantum triennio fuit monarcha, XII, 368, 1 ; XVI, 334, 2. Quid de sole sibi in somnis astanto somniavit de tempore vitæ suæ, X. 194, 2; IV, 207,1. Juro a Deo accepto monarchiam invadere potuit, etsi magis in eo servierit propriæ ambitioni, XI, 547, 1. Ex scorai pauper, sed a Deo factus est dives, IV, 205, 2. Ejus opes. XI, 549, 2. Ejus victori® et gloria, 549, 1 ; 577, 1, 2. Babylonem evertens dicitur beatus, XII, 300, 2. Sed ea eversa, postea fuit infelix, XI, 556, I. El factus est deinde Iro pauperior, 549, 2.

6’ *Judxorum e captivitate Babylonica a Cyr> liberatio.* Quo anno monarchi® solverit captività tern Babvlonicam, XIV, 368, 1. Favet Danieli e Judæis ob ejus de so vaticinia, XIII, 75, 1. Primuc rex Persarum Judaeos e Babylone liberavit, IV, 204, 1, 2; XVIII, 47, 1. A Judæis nullam accepit pecuniam, sed cani ipso potius dedit ad fabricam templi, XI, 616, 1. Quomodo Judæos extulerit, XII, 451, 2; 453, 2. Pacem Israeli dedit contra Assyrios, dum Chaldæos vicit victores Assyriorum, XIV, I2i, 2. Ejus edictum ut Judæi se invicem juvent in reaedificando templo, IV, 207, 1. Cur vetuerit secundum templum tam alto extrui quaitf prius, 218, I. Babylone eversa, tam aliis gentibus quam Judæis videtur redeundi ad sua libertatem dedisse, XII, 205, 8; 716, 2.

7° *Fuit typus Christi,* IV, 206, 1 ; XI, 545, 2 ; 547, 1 ; XIV, 225, 1. Quomodo et quaro vocetur Christus, XIV, 2G0, t. Christi et Cyri inter se comparatio, XI, 54'5, 1,2; 550, 1; 562. 1. Christi fuit imago, XVIII, 47, I ; XIX, 28, 1. Attamen non est Christus dux a Daniele prodictus, XIII, 126, 2. Cur comparetur terne germinanti, et pluviæ coelesti, XI, 551, 2.

8° *Ejus clades a Scythis et mors,* XIII, 24, 4. Est a Tomyri regina cæsus, quo astu, IV, 43i, 2 ; XIII, 87. 2. Ejus mors, XI, 548, < Credidit animæ im-

Dortalitatem, XI, *Abid.* Ejus somnium quo invila- ûatur ut ad doos asconderei, IV, 207, ». In ejus sepulcro quid fuerit inclusum, XII, 731, 2. Ejua | titulus, i6id. Eum ut numen suum colebant Persæ, ¡y, 205, 2.

D

DACTYLUS. Dactylus pabnro fructus digitis osi similis, XXI, 173, 1. Dactylis vivunt pionque in Oriento, VI, 491, 1, 2. Dactyli cibus erant anachoretarum, ol modo Afrorum, IX, 636,1.Eurum dulcor et salubritas,.*ibid.*

D.EMON, DIABOLUS, LUCIFER, SATANAS.

J. D.emonis **ET DIABOLI** vocis significationes, Djbiionis varia nomina. — Dæmonis etyma, IV, 279, 1. D.emon unde sic dictus, el vox dæmonis quid proprio significet, XVII, 321,2; XVIII, 324,1; XX, 163, 1; 392, 2. Dæmon dicitur a dci|iaiwiv9 id est *timere,* quia timorem incutit; licet verius dai-wv dicatur quasi id est *sciens, ibid.* Voces *dx mnnia, dæmones* malo sonant etsi etymon earum sit honestum, XI, 397, 2.

Diabolus vox unde deducatur a óiapáHw, id est *calumnior,* XX, 39i, 2. Diabolus idem est quod criminator vel accusator, XVI, 215,1 ; 414, 2; XX, 666, 1 ; XXI, 247 4. idem est qui zabulus, IX, 103, 2.

Hebraice diabolus vocatur *sair,* id est hircus, XX, 393, 1. Dicitur calumniator, malus anlonomastice, XV, 194, 1 : *Sed libera nos amalo;* XVII!, 645,1; XIX, 168, 2: *Fidelis autem Deus qui confirmabit vos et custodiet a malo.* Anlonomastice significat Luciferum, XV, 117, 1. Lucifer princeps dæmonum, 251, 1, 2 : *In principe dxmoniorum ejicit dxmonia.* Per contemptum vocalur Boclzebub, IV, 43, 1, 2. Diabolus cur dic alur *nemo,* VI, 360, 1 : *Fugit impius nemine perseguente.* Est Belial quem vicit Christus, XIV, 170, 2 ; *Non adjiciet ultra ut pertranseat in te Déliai.* Diaboli tria nomina, XXI, 240, 2. Vocatur draco, serpens antiquus, satanas anlonomaslico, XV, 305, 1, 2. Apio vocalur bestia, II, 112, 2. Dæmon vocatur leo, aspis, regulus, XL »16, 1.

11. In quo stato creati sunt dæmones.—- Dæmon est in cœlo creatus, XII, 707, i : *In deliciis parodisi Dei fuisti;* 445, 1, 2 : St *enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in (artarum tradidit cruciandos.* Quomodo sit principium viarum Doi, *Job,* 769, 2 : *Ipse est principium viarum Dei.* Dæmones non sunt natura mali, XX, 660, 2: *Angelos vero qui non servaverunt suum principatum.* Creati sunt in gratia, XII, 708. 2 : *Tu Oherub extentus, ...* posui *te in monte sancto Dei;* XX, 669, 2. Ante lapsum fuerunt Cherubim, et pleni scientia, XII, 708, 2. Quomodo ante lapsum ambulaverit diabolus in medio lapidum ignitorum, 709, 2. Quoad tria signaculum fuit similitudinis SS. Trinitatis, 706, 2.

III. Dmmonum lapsus bt peccatum. — Quomodo diabolus in veritate non steterit,XVI, 449, 2 el seq. : *Die homicida erat ab initio, ct in ventate non stetit.* Is ab initio quomodo peccarit, XX, 569, 2 : *Ab mino diabolus peccai* Quale ejus peccatum fuerit, *ibid.* Dæmonum peccatum superbia, *Psalm.* II, 424, 1 : *Absconderunt superbi laqueum mihi.*

Rebellavit diabolus pro superbia, contra Creatorem, XII, 710, 1 : *In multitudine negotiationis luce repleta sunt interiora tua iniquitate, et ¡leccasti.* Invidit mysterium unionis cum homine Filio Dei, XI, 291,2, *Similis ero Altissimo.* Dæmonum peccatum fuit superbia, sed in quo ea sita fuerit, XX, 443, 2. In cœlo Lucifer ambo it unionem hypostaticam cum Verbo, XV, 120, 2 : *Si Filius Dei es, dic,* etc. Ejus lapsus in terram el infernum, XUt 710, 2 : *In terram projeci te ; 711,* 1. *Nihili factus es, et non eris in perpetuum.* De cœlo deturbatus est sicut fulgur, subito, violenter, velociter, manifeste, XVI, 147, 2 : *Videbam Satanam sicut fulgur decado cadentem.* Moro repræsenlatur, XVI,230, <♦

IV. Dæmonum locus, numerus, hiuur cml a. — I0 Vocantur militi® cœli, quia modo aere versantur, XI, 361,2: *Visitabit Dominus super militiam cali in excelso.* Eorum plurimi sunt in acre, XX, 661, i, 2 : *Non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium.* Iis aer plenus est, XVIII, COO, 2 : *In quibus aliquajido ambulastis .... secundum principem potestatis acris hujus,* 674, 1. Diaboli locus est aer, XI, 759, I : *Calum sedes mea, terra autem scabellum.* Proprie in cœlo aereo dominatur, XXI, 240, I : *Et visum est aliud signum in calo, cl ccce draco magnus.* Cur diaboli in hoc aere vagari gaudeant, XV,236,2: Ventai *huc tuite tempus torquere nos.* Eorum mulli non sunt in inferno, XVI, 134, 2. Illi gaudium est in inferno non relegari, *ibid.* Delectatur diabolus locis spurcis, el spurca assumit corpora, 134, 1. Cur ut in porcos ingredi permitterentur rogarint, 135, 2: *Ilogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi.* Quomodo porcos in mare egerunt, 136, 1. Cur umet porcos diabolus, XX, 469, 2. Cur dæmones adament sepulcra, XIt 745, 2 : *Qui habitant in sepulcris, ct in delubris idolorum dormiunt.*

2° Cur vocentur legio, XVI, 134, 2. Alii sunt Persici, Medici, Africi, alii australes, meridionales, etc., IV, 280, I.

3° Inter eos alii sunt principes, alii inferiores, XV, 251, 2 : *In principe daemoniorum ejicit damonta.* Inter cos alii potestates, alii sunt princi-

pes, eum servant quem in ctëlo habuerunt ordinem hierarchicum, XVHI, 600, 2; 674, i. Sunt aliqui minus validi et minus maligni, XV, 394, 1 : *Hoc autem genus non ejicitur nisi per orationem el jejunium.* Dæmonium lunaticum affligens non erat ex minimis, ideo ab Apostolis ejici non potuit, 393, 1. Dæmon superior raro ejicit inferiorem, 204, 1, 2. In terra inter se concordant, *ibid.* In iis cessabit post diem judicii subordinalio inferiorum ordinum ad superiores, X, 319, 2.

V. Quinam sint d.emones post lapsum,—*Primo erga Deum, i9 Sunt jurati Dei hostes,* V, 268, 1. Diaboli odium erga Deum, XX, 573, 2 ; XI, 244, 2.

2® *Diaboli superbia,* XI, 29!, 2. Dux est superborum, *Job,* 346, I : *Cucurrit adversus eum erecto collo.* Et rex superbi©, 783, 2 : *Ipse est rex super universos filios superbiti.* Diabolus superbus, mendax et multus est, maximo superbus, IX, 671,1,2 : *Tres species odivit anima mea,... Pauperem superbum, divitem mendacem, senem fatuum et insensatum.* Diaboli fastus, XV, 126, 2: *Hxc omnia libi dabo, si cadens adoraveris me.*

3* *Fuit princeps omnis apostasia et inobedientix,* V, 163, 1 ; XVIII, 461, 1, 2. Cur vocetur impius, VI. 122, 1. Est caput impiorum, *Job,* 768, 2. Et caput iniquorum, X, 234, 2 : *Contere caput principum inimicorum.* Quo sensu pater esset pliarisæorum, XVI, 447, 2 : Eoi *facilis opera patris vestri;* 449, 1 : Vos *ex patre diabolo estis.*

4° *Diabolus esl paler mendacii et hxreseos,* XVI, 450, 2 : *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur; quia mendax est el paler ejus,* VI, 39, 2. Esl impostor, *Job,* 114, 2 ; 74, 1 : *Non parcam ei, el verbis potentibus, el ad deprecandum composais.* Omnes dæmones sunt mendaces VI, 307, 1. Diabolus esl testis injustus ot infidelis, V, 407, 2 : *Profert... mendacium dolosus testis.* Cur vocetur testis falsus, VI, 123, 1 : *Testis mendax peribit.* Hæreses procudit et adinvenil, XIX, 222, 2 ; *In novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris.* Magister haereticorum est, XX, 149, 2 : *Infiammai rotam nativitatis nostri, infiammata a gehenna.* Diabolus exterminator quomodo præsideat haereticis, XXL 202, 1 : lìdi *stellam de calo cecidisse in terram, et data esl ei clavis putei abyssi,* Dæmones familiares sunt haeresiarchis, XVIII, 319, 2. Dæmon Dei simia est, XIII, 347, 1 ; XV, 684, 1 ; XVII, 195, 2. Satanas est Calvini Deus, XX, 464, 1.

5* *Esl omne malum,* V, 140, 1, 2. Esl fons nequiüæ et instili©, et apud eum est vena mortis, 260, 2.

Secundo erga Christum. I°In Christo non habuit quidquam, XVI. 554, 1 : *Venit enim in me princeps hujus mundi, ct in me non habet quidquam.* Impeditus est videre quid inter B. Virginem el Josephum ageretur, XV, 63, 2. Cognovit Christum fuisse Dei Filium, el Messiam, sed odio et superbia excæcatus, agre id credebat, XVI, 134, 1. Non ila clare et firmiter id cognoverunt dæmones, quin dia ex parte subindo dubitarent, XV, 678, 1. Adhuc ignorarunt finem et fructum mysterii Incarnationis; excæcabal eos quoque odiux Christi, *ibid.* Ideo eum velut hostem juratum per Judæos occiderunt, *ibid.* Dubitabat diabolus an Christus esset Dei Films, ideo eum lentatum venit, 120, 2. Cur eum de se testimonium ferro Christus permiserit, 671, 1,2. Quid dæmones de redemptione Messi© sciverint, XVIII, 261, 2 : *Sapientiam autem loquimur... sapientiam vero non hujus siculi, nequi principum hujus siculi.*

2° Tentavit Christum et Adamum assumpta corporis forma, XV, 120, 1 : *El accedens tentator, dixit ei.* Origo tentationis hujus, 121, 2. Quomodo Chrilum aggressus sit primo, *ibid.* Voluit cum pellicere simul ad vanam gloriam, et gulam, et avaritiam, *ibid.* Assumpsit Christum raptatum per aera, *ibid.* Non potuit illudere ejus phantasiae, *ibid.* Fuit ab ipso illusus, *ibid,* 2. Suadet ei ut so a pinnaculo deorsum mittat, 123, i. Christum in montem excelsum rapiens, ostendit ei omnia regna mundi, ct quomodo, *ibid,* et seqq. Quo pacto hæc ei repraesentant, *ibid,* 2. Taliter quoquo ea depingere potest in hominis phantasia, 126, 1. Quomodo potuerit dicere, se regna omnia mundi ei daturum, quasi propria, *ibid,* 2 et seqq. Simulat se esse Filium Dei, atque ut talis cupit a Christo adorari, *ibid;* In hac lentaliono eum sollicitat ad avaritiam, ambitionem et idololatriam; tacito vero explorat an ipse verus sit Dei Filius, 126, 2. Ejus pollicitatio Christo facta, fuit mendax, falsa, arrogans, dolosa, 127, 1.

An dæmon per uxorem Pilati Christi necem impedire voluerit, XV, 603, 1. An morienti Christo apparuerit, XVI, 272, i, 2.

3® Diabolum sua vi spoliavit Christus postquam in mundum venit, XV, 305, 1,2: *Quomodo potest quisquam intraro in domum foriis, el vasa ejus diripere, nisi prius alligaverit fortem, el tunc domum illius diripiet.* Fuit ligatus a Christo, *ibid.* Per Christum qualiter ligatus, IV, 298, 2 : *Apprehendit dxmonium, el religavit illud in deserto»* Hinc non potest nocero per suos quantum vellet* XV, 395, 1, 2. Diabolus fuit a Christo captus, *Job,* 770, 2: *Numquid illudes ei quasi avi, aut ligabis eum ancillis tuis* ? Quomodo post adventum Christi terræ pulverem voret, XI, 766, 2 : *Serpenti pulvù panis ejus.*

4° Quomodo diabolum dextruxerit Christus, XIX, 374, 2 : *Et per mortem destrueret cum qui habebat mortis imperium.* Christus sua morto eum mundo pepulit, XVI, 511, 2: *Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.* Diaboli vis et arrogantia pacta dato Christo per ejus mortem, XI, 253, 1 : *Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore* XM, 148, 2; 511, 2; XX, 622, 1; *Omnis qui natus est ex Deo non peccat..... El malignus non tanget illum.* Ejus vis valde imminuta est, XXI, 315 t, 2^

Bestia quam vidisti, fuil, et non est, ascensura est de abysso, et in interitum ibit, Esl invisibiliter in crue© Christi crucifixus, XIX, 91, 1 : *Expolians principatus et potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.* Dæmones sunt per Christum sua potentia et tyrannide spoliati, XVI, 100, 2 : *Misit me... predicare annum Domini acceptabilem et diem retributionis.* Quomodo eos Christi victor in triumphum duxerit, XIX, 90,1. Lucifer in cruce vicius a Christo, detrusus est in tartara, ut ibi ligatus maneat usquo ad diem judicii, XV, 305, 1,2. In fine mundi suam vim rursum 'ecipiet, XXI, 315, 2. In uno mundi adorabitur ut numen Antcchrisli, 256, 1.

Tertio erga homines. 1* *Eorum nequitia et cru* delitas,* II, 118, 1. Dæmones sunt jurati ct acerrimi bcamum hostos, V, 137,1 ; *Ne des alienis honorem Usum, el annos tuos crudeli,* XV, 175, 2 : Dæmo-Ais adversus homines furor, *Job,* 38, 1, Ob Christum incarnatum maxima odia in Ecclesiam concepit, ot in homines, XXI, 235, 1. Cur magis nos oppugnat quam patres nostros, 248, 1, 2. Diabolus esl noster adversarius, XVIII. 334, 1 ; XX, 391, 2 : *Adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens.* Diaboli in suos crudelitas, II, 118, 1. Nebulones nequissimi sunt, XVIII, 600,2; 674, I. Eorum summa voluptas est homines torquere et voxare, XV, 671, 2 : *Venisti perdere nos ?* Gaudet exitio hominum, XVI, 449, 1. Ideo nocet homini, quia nequii Deo, XV, 315, 1. Primus inimicitias suscitavit, X, 248, I, 2. Esl Dous dissensionis, XV, 149, 2. Hinc Christo adulatur, no ab oo ejiciatur, 684, 1 : *Adjuro te per Deum, ne me torqueas.* Byænæ assimilatur eo quod mortibus hominum pascatur, XIV, 210, I. Quomodo fuerit homicida ab inilio, XVI, 449, I. Ipso est primogenita mors, XVIII, 99, 1. Esl homini leo in hac vita, ursus in morto, coluber in gehenna, XIII, 586, 1 : *Quomodo si fugiat vir a facie leonis, et occurrat ei ursus, et ingrediatur domum..., et mordeat eum coluber.* Est sanguisuga qui semper sitit sanguinem, 379, 1. Sanguinis humani avidus homines sibi immolari petebat, 454. t. 2. *Ilis ipsi dicunt : Immolate homines vitulos adorantes.* Cur dicatur rufus, XXI, 240, 2. Esl ad nocendum promptus, *Job,* 34, 2. Omnia facit ut noceat, 1l 4, 2. An et quomodo impedierit Judæorum reditum e captivitate Babylonica, XIII, 144, 2. Templi fabricam impedire satagens, monti magno assimilatur, XIV, 401, 1. Quomodo per sagas el magos noceat bcsliis et pueris, IX, 293, 2. Dæmones eorum quos deceperunt, sunt carnifices, IV, 279, 2 : *Tradita fuerat septem viris, ct d.cmonium nomine Asmodxus occiderat eos.* Dæmonum proprium est intricare corpus, animam, variis doloribus scrupulis, sto., 293, 2. Morosus esl diabolus in tormentis nferendis, *Job,* 60, 1 : *Percussit Job ulcere pessimo planta pedis usque ad verticem.* Est faber omnis -rsecutionis et lentaliunis, XI, 646, 2 : *Ego creavi interfectorem ad disperdendum.* Lupus est. XVf, 474, 1 *Lupus rapit ct 'spergit oves,* Sæpe etiam se transformai in lupum, XIV, 210,1. Vocatur leo, XX, 392, 1 et seqq. *Tanquam leo rugiens circuit ; Job,* 107,2: *Rugitus leonis, et vox emx, el dentes catulorum Iconum contriti sunt.* Ceto voraci assimilatur, XIV, 215, 1. Fuit figuratus per piscem a Tobia occisum, IV, 292, 2. Per crocodilun. repræsentatur, VI. 155, 1, 2.

2a *Eorum erga nos insidia quanta,* XX, 391, * el seq. Cur in homines saeviant, V, 268, 1. Summo pero .saluti nostre invidet diabolus, VI, 187, 2 Invidia ci propria, III, 650, 1. *Incidebant se juxta ritum suum cultris el lanceolis.* Invidia esl scelus diabolicum, 381,'1. Quia ipse de cœlo cecidit, hinc omnes ad casum sollicitat, XV, 126, 2.

3» *Homines ad malum trahunt.* Diaboli natura fraudes, inores, sæviüa describuntur. XX, 393. i at seqq. Ejus fraudes, 181, 2; 394, 1. 2 Diabolus superbus mullos homines capii, III, 115, I. Dæmones sunl insidiatores, *Psalm.* L 155, 1.

Diabolus ad fallaciam cumpositus, *Job,* 191. 1. Terram perambulat, 24, 2: *Circuivi terram ct perambulavi eam.* Circuit eam ut explorator, 25, 1. Ejus sagacitas, XX, 395, 1 : *Circuit... quxrens quem devoret.* Vigilanlissitnus est in nostram perniciem. *Job,* 25, 1, 2. Nunquam donnit» 593, 2 : *Qui me comedunt, non dormiunt.* Daemones in malum conspirant, *Job,* 38, 1. Daemon precursor matutinus quis sit, V. 123, 2.

4* *Quomodo homines Conici diabolus,* I, 98, 1. !• Astutus tentator est. *Job,* 35, 2. Ejus tentaüoues variæ, XVII, 427. 2 el seqq. Daemonis ossa vocantur tentaliones. *Job,* 759, 2. Ejus artes 1res in tentando. XVIII. 672, 2 : *Induite vos armaturam Dei. ut possitis stare adversus insidias diaboli.* Omnis lenlalio ab co proprie non dicitur, sed sæpe a mundo el concupiscentia, et si filo subinde banc et mundanos homines suscitet ut nos lentent, him quasi anceps cuique suam objicit escam, XV, 120, I *Psalm.* II, 424, 1, 2.

Diaboli arma, astutia et malitia, *Psalm.* 293, 2 ; XXI, 241, 1 ; 2. Quomodo per omnia no> lontani, XX, 391, 2. Nos variis modis ad peccandum provocant. VI, 321, 2: *Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam stplem nequitia in corde ipsius.* Homines suis consiliis ad mala impellunt, 215, 2: *Ncxmutens viros malos... quia... fraudes labia eorum loquuntur.*

So cuique accommodat ut fallat. *Job,* 389, • : *Abscondita est in terra pedica ejus, ct decipula ipsius super amitam.* Observat cujusque propensionem, *Job,* 760, I. Utitur melancholia ad homines tenlandos, HI. 367, 2 : *Et excitabat cum spiritus nequam a Domino.*

Diabolus non lam est immissor quam inventor vitiorum, *Job,* 777, 2 : *Halitus ejus prunas ardere facit, et flamma dc ore ejus egreditur.* Dæmones el mundus per sensus nostros nooent nobis, XVHI,

335, 1. Quæ dæmonis tola ignea sunt, XVII, 682, i. Quomodo hominem exagitet, XV, 247, 2. Pugnat nobiscum per voluntates nostras, I!, <12, 2. Quomodo se gerat ut homines decipiat, VI!. 2 : *Sicut pisces capiuntur hamo, ct sicut ovos laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo,* XV, 127, 1 ; *Job,* 767, 2. Quomodo piscctur homines, XII, 715, 2. Ejus laquei varii, XIX, 297,2: *Besipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.*

2» Comparatur variis animalibus et rebus, XXI, 241, 1. Est serpens, cur, 1,495, 1. Quomodo insidielur calcaneo, 167, 1 ot seqq. Undo vocetur draco et serpens, XXI, 240, 2; 247, 2. Vocatur serpens et scorpio, XVI, 149, î**îst serpens antiquus, XXI, 344,2 : *Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanas.* Cur vocetur Leviathan, XI, 384, 1, 2. Cur serpens vectis et tortuosus, *ibid.* Serpenti similis est, IX, 663, 1 : *Quasi a facie colubri fuge peccata.* Utitur forma sorpentum, cur, XIII, 191, 1,2: *Erat draco magnus in loco illo, et colebant eum Babylonii.* Draconis specie in Scriptura pingitur «ol vocatnr, 192, 1. Et saepe ea forma apparuit, *ibid.* Coto el draconi similis est, *Job,* 190, 2. Daemones in Cantico cur non vocentur leones, nce tigrides, sed vulpes parvulæ, VII, 592,1 : *Capile nobis vulpes parvulas, qux demoliuntur vineas.* Sunt lupi vespertini, cur, XII, 53, 2 : *Lupus ad vesperam vastavit eos.* Avi et perdici diabolus assimilalur, *Job,* 132, 1; 142, 2.

3» Ejus officium est decipere, III, 672, 1, 2. Deripit pseudoprophetas, 671, 1.

Mullis illudit specio boni, XIX, 98, 1. Sub specie necessitatis laxitatem inducit, *Job,* 778, 2. Sophisticus argumentator esi, X, 261, 2. Res viles ul splendidas proponit, *Job,* 777, 2. Suaviter cantando decipit, 760, 1. Peccati periculum et infamiam subterit dum tentât, at speciosum et gratum sensibus hominum objicit, V, 3 , : *Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos* noáírajipoltú.Primo nos exhilarat, dein affligit, IX, 158, 2 : *Timorem, el metum, el probationem inducet super illum.* Singulis multos spondei annos, XV, 519, 2. *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.* Diaboli paralogismus do vita longa, VII, 241, 2. Mortis memoriam nobis obliterare conatur. *Job,* 777, 1. Quomodo homines excæcet, XII. 270,1. Tenebris involvit omnia, *Job,* 764. 1 : *Protegunt umbra umbram ejus.* Poenas inferni extenuare conatur, 783,1 : *Æstimabil abyssum quasi senescentem.*

4* Semper hominem trahit deorsum, XV, 123,2 : Si *Filius Dei es, mitte tedeorsum.* Seciatur immunditiam, 27Î. 1. Gaudet spurcitie el immunditia, Deus castitate, XII, 463, 1 ; XV, 315, 1 : *Cum immundus spirilus exierit ab homine.* Quare daemones dicuntur immundi, XVII. 750, 2 : *Afferentes syros el vexatos a spiritibus immundis* ; XV, 265, 1 : *Dedit Uti potestatem spirituum immundorum.* Diabolus est auctor concupiscenliæ, XX, 547, 1 : *Concupiscentia... qux non est ex Patre, sed ex mundo est.*

5’ Peccanti pudorem adimit, confitenti restituit, IX, 166,1 : *Non confundaris confiteri peccata.* Hominem cur ol quando mutum reddat, XIV, 210, 1. Cur hominem quem occupat mutum reddat ol excæcet, XV, 303 1. Hinc eo pulso, homo loquitur o claro videt, 303, 2.

Peccatorem commisso peccato in desperationem præcipilat, XV, 597, i, *Peccavi (radens sanguinem justum ;* XIII, 319, 2.

5° *Quos prxserlim lentat diabolus?* 1» Adolescentibus maximo insidiatur, VI, 144,1. Teneris insidiatur, XV, 84, 2.

2° Semper peccatori insidiatur ul eum ad peccatum, et per illud in gehennam pertrahat, X, 28, 2: *Leo venationi insidiatur semper; sic peccata operantibus iniquitates.* Cur sit a dextris impiorum, XIV, 381, 2. Maximo se insinuat iracundis cogitationibus, et in eis illi datur locus, XVIII, 644, 2 *Nolite locum dare diabolo.*

3* Maximo iis insidiatur animabus quæ so convertere nituntur, VII, 594, 1.2: *Ecce ego ad pulvillos... quibus vos capitis animas volantes.* Tentai ad Dei cultum primo accedentes, IX, 9V, 1 et seqq. : *Accedens ad servitutem Dei.... prepara animam tuam ad tentatitfnem.*

4* Tentât otiosos, V, 156, 1; X, 560, 2. Amat otiosos, *Job,* 764, 1 : *Sub umbra dormii in secreto calami, el in locis humantibus.* Gaudent daemones otiosis verbis, V, 297, 1 : *In multiloquiis non deerit peccatum.*

5’ Eos solet tentare graviter quos prævidel foro eximios in Ecclesia, XV, 117, 2. Diabuìom contra so suscitant qui ad perfeelionom aspirant, *Job,* 82, 2. Dæmonis potentiam Daus reprimit, 261,1,2; 262,2. Diabolus electis maximo insidiatur, 23, 1. Justos imprimis ad peccatum sollicitat, VI, 290. 1 : *Fons turbatus pede, et vena corrupta, justus cadens coram impio.* Dæmoncs exultant si quem justum ad inchoandum peccatum induxerint, *Psalm.* 1,67,1 : *Qui tribulant me, exultabunt, ti motus fuero.*

6» Sanctis potissimum inhiat, *Job,* 781,1 et 2 ; *Sub ipso erunt radii solis ; el sternet sibi aurum quasi lutum.* Sanelioros magis infestat, XX, 181,1. Sanctos afflictione vexat et exagitat, ul triticum cribro agitatur, XVI, 263. 1: *Satanas expetivit vos ut cribraret sicut trilicum.* Sanctorum ocetu se ingerit, *Job,* 52, 1. Sæpo variis spectris sanctos terrere satagit, V, 536, 1. Quomodo opera sanctorum impediat, XIX, 123, 1 : Volutmur *venire ad vos... sed impedivit nos Satanas.* Paulum vexavit ut stimulus, XVIII, 503, 1, 2. An eum colaphizaril, *ibid.*

7’ Hominem in morte quomodo lentat el oppugnat, XX, 668, 2. In morte suivit, *Job,* 108, i ; 277, X

8a Ah quisque diabolum habeat a quo lentetur.

XIV, 382, 1, 2; XX, 392, 1. An ningulis vitiis sui præsideant dæmoncs, XVIII, 673 2 : *Non est nobis colludano adversus carnem cl sanguinem.* Eorum alii huic, alii illi vitio præsunt, et ad ea homines sollicitant, XIII, 34$, 1 : *Spiritus enim fornicationum decepit eos.* Septem dæmoncs an præpositi sint septem capitalibus viüis, XX, 19, 2.

6° *Dxmonum potentia cl imperium tyrannicum in homines.*

1® Dæmonis peculiaris conditio, potentia, viset robur explicatur, XVIII, 674, 2 : *Non est nobis colluctatio adversus carnem cl sanguinem,sed adversus principes el potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum;* XV, 534 1. Cur dæmoncs dicuntur mundi rectores, sed cum restrictione, XVIII, 600, 2; 674, 1. Sunt principes ssculi, 261, 2 : *Sapientiam vero* (loquimur) *non hujus iaculi, neque principum hujus sæculi.* An diabolus sit Dous hujus sæculi, 439, 1 : *In quibus Deus hujus sxculi cxcæcavil mentes infidelium.* Illius fortitudo in lumbis, *Job,* 757, 2: *Et virtus illius in umbilico ventris ejus.* Nullis armis obstinatio ejus cedit, *Job,* 779, 2 : *Deputabit enim quasi paleas ferrum, et quasi lignum putridum 9S. Non fugabit cum vir sagittarius,* ole. Ejus potestas in cibos ante Christum, XIX, 228, 2. Ejus in excommunicatos potestas, XVIII, 287, 1 : *Judicavi.,.. tradere hujus modi.... Satanxin interitum carnis.* Ejus potentia in animam peccatoris, XVII, 354,1 : *El insiliens in eos homo in quo eral dxmonium pessimum, el dominatus amborum invaluit contra eos.* Peccatorem ligai, *Job,* 288, < : *Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.* Eum vitiis suis alligat, XIII, 349, 2 : *Ligavit eum Spiritus in alis suis.*

2® Diabolorum regnum in anima tyrannicum, XIV, 21, I, 2. Est tyrannus Aquilonaris, cur, XIII, 502, 1. Est omnium tyrannorum princeps et choragus, VI, 378,2. Est primus et summus lyrannus, XII, 42, 2. Est tyrannus suorum cultorum, III, 121, 1. Ei traditur homo, ut humilietur, 124, 2. Abutitur anima peccatoris pro sua libidine ad omnem malitiam ot opprobrium. XIII, 486, 2 : *Plange quasi virgo accincta sacco.* Dicit animæ : *Incurvare,* XI, 613, 1,2: *Ei dixerunt anima tua: Incurvare.* Inducit egestatem spiritualem, *Job,* 778, 1 : *Faciem ejus prxccdil egestas.* Est vindemiator el racemator, XII, 60, 2. Diabolo convenit vindemia, XIV, 141, 1. SeplonIriono denotatur, IX, 407, 2. Est velul ventus durus, VI, 286, 2. Vento Typhon bene assimilatur, XVII, 427, 2. Suos clientes sinit perire inopia, nec veras eis dat voluptates, XVI>207,2; 208, 1 : *Et cupiebat impleri venirem de siliquis quas porci manducabant, el nemo illi dabat.* Diabolus Phoraoni similis. *Psalm.* II, 95, 1, 2. Cur dici queat Assur, XII, 730, 2. Significator per Madian, 111, 148, 1. Est fur, 168, 1. Significatur per Bonadab, IV, 36, 1. Ei servirò miserrimum est, ÍX, 677, 2 : *Beatus.... qui non servivit indignis se,* 4

Daemon suis nullam dal requiem, XTT, 422, 2 : *Cervicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies.* Crudeliter peccatores tractat, 133, 2 : *Servietis ibi diis alienis die ae nocte, qui nnn dabunt vobis requiem.* Quomodo fornicantibus singulis annis imponat, V, 151, 2 : *lpse morietur, quia non habuit disciplinam, el in multitudine stullilix sua decipietur.* Eo modo tractat peccatores quo adulter adulteram, XII, 668, 1 : *Ipsi dis cooperuerunt ignominiam ejus.* Quam abominandi suis cultoribus et haereticis persuadeat, XVHI, 494, 1 : *Ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis.* Diaboli quomodo viros animæ enervent, XIII, 383, 2 : *Comederunt alieni robur ejus.* Omnes pietatis fruotus in ea evertunt instar locustarum, 486, 2. Habet diabolus imperium mortis ut tyrannus, XIX, 374, 2. Est piralæ similis, *Job, 781,*1. Est archipirata, 181, 1.

3® Dæmonum imperium et potentia in corpora. Quarc corpora possideat, XVII, 150, 2 ot seq. Sæpo se immiscet morbo lunatico, XV, 134, i. Sæpe corporaliter occupavit detractores, X, 65, 2: *Attendo ne forte labaris in lingua, cl cadas in conspectu inimicorum insidtanhum tibi, et sit tibi casus tuus insanabilis in mortem.* Maxime invadit melancholioos, XVI, 134, 1. Cur energumenos dire torqueat, XV, 355, 2 : *Filia mea malo a demonio vexatur.* Daemon obsidens puellam ab adolescente mago inoentatam, interrogatus a S. Hilarión© quid responderit, IV, 279, 2. Ilea se provolvens ad genua S. Antonii, *ibid.* Quomodo dæmon incubus prolem generet, 294, 1. Proprie ion amat feminas, sed amorem simulat, cur, 294, 2. Daemones poliero datum est a Christo Ecclesiæ, XVIII, 352,2. Eos ejiciendi potestas nota eminens est Ecclesiæ. XVII, 151, 1. Dæmoncs an fugentur per fumum jecoris callyonimi, ot qua vi, IV, 292, 2. An fugantur pulsu Campanarum ab Ecclesia benedictarum, 298,4. An etiam per radicem *baraas* a Salomone ostensam, *ibid.* Quomodo a coemeteriis arceantur, XVI 134, Î. Eis formidabilis est virga S. Benedicti, 298. 1.

Sexto. *Correptionem sustinere nequeunt impii.* Impii sunt indociles, VI, 354. 2 : Si *contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia ejus.* Impius odit correptionem et corripientem, V, 258, 2 : *Noli arguere derisorem, ne oderii te.* Vultum impii obfirmant in malum, VI, 128, 1 : *Vir impius procaciter obfirmat vultum suum; qui aulem recluí est, corrigit viam suam.* Reprehendentem non ferunt, d peccata sua tuentur, *ibid.* Antitheses sex justi el impii dum corripiuntur, *ibid.* Corripi recusant, V 282, 2 : *Sapiens corde præcepta suscipit, stultus exditur labiis.* Ideo cæditur labiis, id est plagas sibi accersit, *ibid.,* et seq. Configitur verbis hominis sapientis, magis quam sagittis, 410, 1: *Vade contra virum stultum, el nescit labia prudenti*.* Impius praeceptis obluctatur, et cum arguitur, obmurmurat, 474, i : *Mens justi meditatur obedienliam, os impiorum redundat malis.* Dum concionatores vitia quorum sibi sunt conscii, taxant, censent sibi injuriam fieri, XVI, 165, 1 : *Despondetis autem quidam ex legisperitis, ait illit Magister, hæc dicens, etiam contumeliam nobis facis.* Impiorum via est dura et sæva, et difficillime corrigitur; V, 390, 1 : *Doctrina bona dabil gratiam; in itinere contemptorum vorago.* Impius si sil obstinatus, cur non arguendus, 258, 2. Impii saeviores sunl ursa cum corripiuntur, 534, 2 : *Expedit magis ursæ occurrere raptis fadibus. quam fatuo confidenli in stultitia sua.* Ulrorumque analogia, 535, i, 2.

Septimo. Impii pene incurabiles sunt, VI, 37, 2: *Pestilente flagellato, stultus sapienlior erit; si autem corripueris sapientem, mlelligel disciplinam.* Quotidie impius fit deterior, V, 378, 1, 2 : *Justitia custodit innocentis viam; impietas autem peccatorem supplantat.* Usque ad mortem male agere non desinit, VI, 224, 1. In gravia mala et peccata impii facile incidunt, et vix resurgunt, 233, 2 : *Septies... cadit justus, el resurget, impii autem corruent in malum.* Impie vivendo, volunt aliquando pie mori, II, 320, 2 : *Moriatur anima mea morte justorum, el fiant novissima mea horum similia.* Abutuntur patientia Dei, *Job.* 507, 2 : *Dedil ei Deus locum panilenlix, cl ille abutitur eo in superbiam, oculi autem ejus sunt in viis illius.* Assiduo peccandi usu in profundum impietatis barathrum ditabuntur, V, 560, 2. Quibus gradibus in Iarlarum ruant, 562, 2. Si in peccatis perdurent, resurgere nequeunt. XV, 576, 2. Peccatis suis ignem inferni succendunt, XI, 601, 1 : *Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, et in flammis quas succendistis,* XIV, 606, 1 : *Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus, et erunt omnes superbi, el omnes [facientes impietatem stipula, cl inflammabit eos dies veniens.* Flagellis indurantur, VI, 298, 1 : *Flagellum equo, cl camus asino, el virga in dorso imprudentium.* In oneribus quibus in vita gravantur, gustare incipiunt interni exilii instantis et carceris infernalis supplicia et angustias, XIIL 397, 1. Eorum sera poenitentia, V, 51, 2. Impii iu fine mundi, visis tot

signis nihilominus in ¿.celeribus persistent, XXI, 311, t: *El exteri homines qui non sunl occisi in his plagis, neque poenitentiam egerunt de operibus manuum suarum.*

III. Quantum impii Deo displiceant. — Deus nb iis longe adest, cur, V. 475, I : *Longe est Dominus ab impiis, et orationes justorum exaudiet.* Impiorum gloria el excellentia est peccalum, qualo, VI, 97, 2 : *Exaltatio oculorum est dilatatio cordis; lucerna impiorum, peccatum.* Eos et impiotalem detestatur sapientia, V, 206, 2 : *Veritatem meditabitur guttur meum, et labia mea detestabuntur impium.* Eorum victimæ ct oblata Deo placare nequeunt, V, 454, t ; 453, I : *Victim# impiorum abominabiles Domino, vota justorum placabilia;* X, 205, 1 : *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, et non sunl beneplaciti subsannationes injustorum;* 206, 2 : *Dona iniquorum non probat AUissimus, nec respicit in oblationes iniquorum; nec in multitudines sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis ;* 210, L Nihil ipsi ex iisdem acquirunt, 209, 2 : *I nus ædtficans, et unus destruens, quid prodest illis, nisi labor? Unus orans, el unus maledicens cujus vocem exaudiet Deus ?* Imo ipsa dona destruunt, *ibid.* Eorum hosliæ triplex habent vilium, VI, 122, 1 : *Iloslix impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.* Cur Deo non placeant, *ibid.,* 2. Eorum victim® quo sensu mal®, VII, 193, 1 : *Mullo enim melior est obedientia quam stultorum victimx.* Impii aliqua opera bona non prosunt ad salutem ælernam, XII, 634, 2.

IV. Impiorum poena. — I0 *Impiorum pœna in hae vita.* Primo. *Pendent a Providentia divina, quæ eis utitur prout vult,* III, 50*, 1, 2. Quomodo Dei glori® serviant, V, 488, 2 : *Universa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum.* Qua in re piis subserviant, 342, 1 : *Qui conturbat domum suam, possidebit ventos, el qui stultus est, serviet sapienti.* Eorum molitiones in pios a Deo evertuntur, 365, 2 : *Dolus in corde cogitantium inaici; qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.* Eorum etiam corda in Dei sunl manu, IX, 455, I. Iis Deus interdum utitur pro flagellis, I, 325, 1. Sunt Dei lictores ad punienda peccata Justorum. III, 502, 1, 2. Sunt virga et flagellum Dei quibus piorum peccata quasi pater castigat, XIV, 20$, 1 : *Quia impius prævalet adversus justum, propterea egreditur judicium perversum.* Impii in pios, Deo protegonto, nihil poterunt, XVI, 146, 2 : *Ite, ecce* *0o *mitto* vos *sicut agnos inter lupos.* Impios per impios punire solet Deus, XII, 673, 2 : *Viri ergo jusli sunt* (Babylonii) ; *hi judicabunt eas judicio adulUrarum. et judicio effundentium sanguinem, quia adulterar sunt, et sanguis in manibus earum.* Impii a saens non defenduntur, sed puniuntur, 111, 287, 2. Puniti, Deum invocantes pro remissione pœnæ, non culpæ, non exaudiuntur, cur, V, 52, 1,2: *Tunc invocabunt me, et* non *exaudiam; mane consurgent, ct non invenient me. Eo quod exosam habuerint disciplinam, et (imorem Domini non susceperint, nec acquieverint consilio meo, et detraxerint universa correptioni mex.*

Secundo. *Cur impiis Deus in hac vita divitias et dominationem concedat.* Sæpo carent bonis tum temporalibus, tum spiritualibus, subindo tamen temporalibus abundant, V, 101, 1, 2 : *Egestas a Domino in domo impii ; habitacula autem justorum benedicentur.* Eorum prosperitas, XVIII, 47, 1. Cur hic prospero agant, V, 518, 1 : *Sortes in sinum mittuntur, sed a Domino temperantur.* Impii cur prosperentur, boni piique atlliganlur; propter duas causas, VII, 300, L Impiis noxia prosperitas est, 301, 1, 2: *Sunl impii qui ita securi sunl quasi justorum facta habeant; sed et hoc vanissimum judico.* Cur Deus iis. divitias concedat, 461, 2 : *Melius est parum cum timore Dei, quam thesauri magni el insatiabiles.* Diviti® iis non prosunt, cum ex iis non fiant sapieniiores, 540, 2 : *Quid prodest stulto habere divitias, cum sapientiam emere non possit ?* Suam hic habent diem, in eaquo habent pacem, XVI, 253. 2 elseq.: ò't *cognovisses ct tu, el quidem in hac die tua quæ ad pacem libi.* Bona in hac vita recipiunt, at coelestibus carent, 225, 1,2: *Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala.* Impius, adepta mundana gloria, quam quæsivit, justo privatur cadesti quam non quæsivit, *Psalm.* I, 325, 2 : *Introibit usque in progenies patrum suorum, el usque* m *æternum non videbit lumen.* Impios hic non puniri, malum est signum, *Job,* 443, 2 : *Domus eorum sccurx sunt cl pacatæ, cl non est virga Dei super illos.* Impii a Deo tolerantur ut salventur, XVIII, 166, 2. Impiorum porlio maledicta, 504, 1 : *Maledicta sil pars ejus interra nec ambulet per viam vincaruig.*

Impios sæpo dominari, pios premi sinit Deus, cur, XIV, 203, 1, 2; 497, i, 2. Cur impius in impietate sua dominelur ct laudetur, VII, 295, 2 el seq. : *Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpdrant mala.* Impii in hoc s®Ctllo justis, justi in luturo (dominabuntur impiis, *Psalm.* I, 324, t : *Et dominabuntur eorum jusli in mal alino, cl auxilium eorum veterascet* in *inferno a gloria eorum.* Quam brevi tempore regnent super justos, 1,353,2 et scq.: *Quia non relinquet Dominus vugam peccatorum super sortem justorum, ut non extendant jusli ad iniquitatem manus suas.* Sæpe fiunt supplices justis etiam in bac vita, V, 424, 1 : *Jacebunt mali ante bonos, el impii ante portas justorum.*

Tertio. *Impii miseri sunt, sive in prosperitate, sive in infortunio vitam degant.* Impios Deus interdum punii in media prosperitate, hac de re exempla, I '¡2*, 1, 2. In multis divitiis s.uu.icr uni

Iodateli, V, 220, 2. Anxio ducuntur, 301, 1, 2. Impii vita tota misera est, V, 458, 2 : *Omnes dies pauperis* (insipientis, impii), *mali: secura mens quasi juge convivium.* Ejus felicitati non est invidendum, VI, 194, 2 ot seq. : *Non xmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die;* 237, 1, 2: *Ne contendas cum pessimis, nec annuteris impios : quoniam non habent futurorum spem mali, et lucerna impiorum extinguetur.* Nunquam habent solidum gaudium, V, 411, 2 : *Risus dolore miscebitur, ct extrema gaudii lucius occupat.* Eorum fames non satiatur, el cur, 400, 1: *Justus comedit, ct replet animam suam; venter autem impiorum insaturabilis.* Impii no panem quidem securi comedunt, *Job,* 344, I : *Cum se moverit ad quxrcndum panem, novit quod paratus sil in manu ejus tenebrarum dies.* Commiseratione potius digni sunt, quam æmulalione, VI, 237, I, 2. Non habent spem, *ibid.,* ct 225, 2. Veta carent beatitudine etiam in hac vita, IX, 586, t. Impiorum desideria nunquam explentur, *Psalm.* I, 64,2; 65, 1 : *In circuitu impii ambulant.* Esto dominentur, in vita sua infelices et erupt, X. 507, 1. 2. Tunc miseri sunl, cum appetitui satisfaciunt; et tunc felices, cum puniuntur, IX, 586, 1 Ambulant vias difficiles, frigidas ct periculosas, VI, 140, 1 : *Arma et gladii in via perversi.* Magno cum labore partent iniquitatem, XVI, 583, 2, Impius, laborando sibi tormentum adauget, V, 292, I : *Opus justi ad vitam; fructus autem impii ad peccatum.* Impius magis non est quam est, ratio, VIII, 301,2. Vita impii est ipsa mors, 297, 2 : *Impii autem manibus et verbis accersicrunt illam* (mortem) : *el estimantes illam amicam, defluxerunt, et sponsiones posuerunt ad illam, quoniam digni sunt qui sint ex parte illius.* Sunt sine pace animi, XI, 579, 2: *Non est pax impiis, dicil Dominus.* A sua conscientia, velut a carnifice ct furiis nocto dieque torquentur, idqun probant fabulæ poetarum, 768,2 ; 769, 1. Impio omnia sunt adversa, V, 410.

Impiis plerumque mala occurrunt, non piis, X, 165, 1 : *Timenti Dominum non occurrent mata.* In tribulatione deficiunt, V, 524, 1. Adversis oppressi, Deum incusant, VI, 5, 1,2: *Stultitia hominis supplantat gressus ejus; et contra Dominum fervet animo suo.* Quomodo tradantur linguis maledicis, X, 59, 2: *Qui relinquunt Deum, incident in illam* (linguam nequam), *el exardebit in illis, el non extinguetur, et immittetur in illos quasi leo, et quasi pardus lxdet illos.* Deus sæpius eis torrores pánicos immittit, VI, 361,2 : *Fugit impius nemine perseguente : justus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Sunt ob peccata sua plerumque timidi, dolentes et pusillanimes, V, 551,1; VI. 96, 2; 360, 2. Impius malis suis circumdatur, sicut rex satellitio stipatur, *Job,* 344, 2: *Terrebit cum tribulatio, ct angustia vallabit eum sicut regem qui prxparatur ad prxlium.* Semper sunt timidi, IX 587, 1,2: *Sicut pali in excelsis, el cementa sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt ; sic et cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet.* Timent semper et ubique, V, 309, 1, 2: *Fortiiudo simplicis via Domini : et pavor his qui op+ranlur maium; Psalm.* I, 70, 2 ; 71, I : *Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore ubi non erat limor.* Cur trepidant timore ubi non est timor, *ibid.* Tres causæ metus impiorum, Vili, 615, 1,2: *Nihil enim est limor nisi proditio cogitationis auxiliorum.*

Quarto. *Impiorum consilia et studia fere nunquam prosperos successus habent,* V, 53, 1 : *Aurlio parvulorum interficiet eos , et prosperitas stultorum perdet illos ;* 317, 1 : *Juslilia simplicis diriget viam ejus, el in impietate sua corruel impius.* Eorum merces et fructus operis est mendax et evanidus. 328, 2 : *Impius facit opus instabile, seminanti autem justitiam merces fidelis.* Similes ergo sunt aranea?. *ibid.* Sunl arbores steriles, 340. 2: *Qui confidi!- in divitiis suis, corruet; justi autem quasi virens folium germinabunt.*

Quinio. *Eorum impietas etiam in terra secundum demerita castigatur,* V, 53. 1. Verbis non moventur, virgis et plagis corripiendi sunt, V. 533, 1 : *Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagx apud stultum.* A Deo el hominibus castigantur, tum in hoc mundo, tum in alio, VI, 41, 1: *Parata sunt derisoribus judicia ; el mallei percutientes stultorum corporibus.* Nequitiæ suæ duplicem pœnam luunt. 140 1, 2; ¿Irma *ct gladii in via perversi; custos autem animx suæ longe recedit ab cis.* Prout in alios sævierunt, puniuntur a Deo vel judice, 147, 1, 2: *Qui seminal iniquitatem, metet mala, et virgx irx sux tonsumetur.* Incidunt in laqueum quem aliis tetenderunt, V. 315, 2: *Simplicitas fusiorum diriget eos, el supplantatio perversorum vastabit eos.* Tnbus suppliciis a Deo mulclantur, 89, 2 : *Livor vulneris absterget mala ; cl plagx* tn *secretioribus ventris.* Et gradatim majoribus. 90. LA tribulatione el clade abripitur impius, V, 304, 2. Exilii sedes propria est anima ct domus impiorum, VI, 101, 2: *Egrstas a Domino <n domo impii : habitacula aulem justorum benedicentur.* Impii quomodo in exilium pnecipilantur, ol qualis via illorum, *Psalm.* 1, 213, 2 : *Fiat via illorum tenebra et lubricum, et angelus Domini persequens eos.* Hegnis suis depelluntur, X, 174, 1. Exterminantur, *Job,* 21 i, 2. Impius a lege punitus, est lex viva inclamans cæteris ut impietatem fugiant, XIII, 1,2: *Scribsm ei multiplices leges meas, qux velut alienx computata sunl.*

Sexto. *Impiorum gaudium el vita brevia sunt.* Sæpo in hac vita prosperitas impiorum oxtinguitur, *Job,* 452, 1 : *Quolies lucerna impiorum extinguitur, el superveniet eis inundatio, et dolores dividet furoris sui t* Impiorum gaudium breve est, IV, 460, 2; VI. 404, 2 : *In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera , et jusli ruinas eorum*

videbunt. Iniquorum prosperitas quasi somnium, *Psalm.* I, 479, 2 : *Velut somnium surgentium, Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Eorum sapientia, virtus, lætitia, prosperitas, lucernæ comparatur, V, 282, 2 et seq.: *Lux justorum letificai : lucerna autem impiorum exlinguetur.* Eorum gloria brevis est, V, 351, *Verte impios, el non erunt : domus autem justorum permanebit.* Et eorum subsistentia tenuis, quia mox evertuntur, ct cito deficiunt, 352, 1. Eorum regna brevia, III, 636,1. Habent civile tantum rerum suarum dominimi, V, 526, 2. Impius in *ahum elatus* ad infimum deprimetur, *Job,* 421, 1 : *Si ascenderit usque ad calum superbia ejus, et caput ejus nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur; et qui ea viderunt, dicent: Ubi est ?* Nequit esse stabilis, V, 347, 1 : *Non roborabitur homo ex impietate, et radix justorum non commovebitur.* Eorum vexatio quam parvo tempore durat, XIV, 405 2.

Impiorum vita brevis, V, 304, 1 : *Quasi tempestas transiens non erit impius, justus autem quasi fundamentum sempiternum ;* XII, 328, 1 : *Quæ habitas super aquas multas, locuples in thesauris, venit finis tuus pedalis prxeisionis lux.* Non implent dies suos, *Job,* 350, 1 : *Antequam dies ejus impleantur, peribit, et manus ejus arescent.* Plerumque præmature moriuntur, V, 374, 2: *De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autem prævaricatorum iniqua.* Dies eorum transeunt ut umbra, VII, 299, 1 : *Non sil bonum impio, nec prolongentur dies ejus, sed quasi umbra transeant qui non timent faciem Domini.* Tacite pereunt, et subito succiduntur, *Job,* 118, 2; *De mane usque ad vesperam succidentur :et quia nullus intelligil, in æternum peribunt;* 119, 2 : *Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis; morientur, et non in sapientia.* Sæpe repentina ruina opprimitur impius, V, 165, 1: *Huic extemplo veniet perditio sua, el subito conteretur, nec habebit ultra medicinam.* Sunt sicut paleae ante faciem venti, 453, 2 : *Erunt sicut paleæ ante faciem venti, et sicut favilla quam turbo dispergit.* Cur non mereantur diu vivere, V, 342, 2. Impiis Deus facit misericordiam, cum cito eos do hoc mundo tollit, *Psalm.* II, 401,2: *Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum, quoniam in æternum misericordia ejus.* Eorum congrua pœna, VII, 298, 2. Pereunt quasi non fuerint, X, 435, 2 : *Et sunt quorum non esi memoria, perierunt quasi non fuerint, et nati sunl quasi non nati, et filii ipsorum cum ipsis.* Eorum fama post mortem oxlinguilur, V, 305, 1, 2. Eorum nomen non perennat, 281, 1: *Memoria justi cum laudibus, el nomen impiorum putrescet.*

Septimo. *Impii plerumque mala et acerba morte moriuntur.* Eorum mors ipsis acerba, piis autem læta accidit, V, 516, 2; 817 : *Non proderunt diviti* in die ultionis : justitia autem liberabit a morte,* Male pereunt, *Job,* 350, 1. Impiorum justa retributio est, ut male pereant, quia alios perdere student, *Psalm.* I, 346, 2: *Proplerea Deus destruet te in finem, evellet te, et emigrabit (e de tabernaculo luo, et radicem tuam de terra viventium.* In malitia sua impius sæpe expellitur do vita, V, 440, 1,2: *In malitia sua expelletur impius ; sperat autem justus in morlg sua.* Impii inviti a terra avelluntur utpote terrenis affixi, 71, 1 : *Impii vero de (erra perdentur ; el qui inique agunt auferentur ab ea.* Dum in vita Deo et Prophetis obsequi nolunt, obsequuntur moriendo, XII, 738, 1. Impiorum horrenda mors, XVI, 254, 2 : *Venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo, el circumdabunt le, et coangustabunt te undique ; et ad terram prosternent te..... eo quod non cognoveris tempus visitationis lux.* Quomodo maturi sint ut a falce divini judicii demetantur, XIII, 521, 2: *Millile falces, quoniam maturavit messis : venite ct descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia ; quia multiplicata est malitia eorum.* In morte spem omnem priorem amittunt, V, 318,1 : *Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes, et expeclatio sollicitorum peribit.*

Octavo. *Moriuntur illiberes, vel miseri sunl in posteris.* Sunt plerique illiberes, XIII, 407,2 : *Da eis Domine. Quid dabis eis ? Da eis vulvam sine liberis, et ubera arentia.* Nullos vel paucos relinquunt haeredes, eosquo miseros, V, 347, 2: *Non roborabitur homo ex impietate, el radix justorum non commovebitur.* Impii radix exscinditur, *Job,* 349, 1 : *Non ditabitur, nec perseverabit substantia ejus, nec mittet in terra radicem suam.* Impiorum filii egestate atterentur, *Job,* 127, 2 : *Longe fient filii ejus a salute, et conterentur in porla, el non erit qui eruet,* 423, 1 : *Filii ejus alterentur egestate, et manus illius reddent ei dolorem suum.* Sæpo thesaurizant justis, 128,1 : *Cujus messem famelicus comedet, et ipsum rapiet armatus, et bibent sitientes divitias ejus; 533,* 2 : *Si comportaverit quasi terram argentum, el sicut lutum prxparavcril vestimenta; prxparabit quidem, sed justus vestietur illis, et argentum innocens dividet.* Eorum opes non raro cedunt justis, V, 395, 2 : *Bonus relinquit hxredcs el filios, cl nepotes ; et custoditur justo substanda peccatoris.* Eorum posteri non perennabunt, 232, 2 ct seq. : *Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, el radices immundx super cacumen pelrx sonant.*

2* *Impiorum pœna post mortem.* Primo, *in judicio sive particulari, sive generali.* Sunt obnoxii vindictæ Dei, XVIII, 49, 1 : *Revelatur enim ira Dei dc calo super omnem impietatem et injustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in injustitia delinent.* In dio judicii maxime a Deo plectentur, V, 51, 1 : *Cum irruerit repentina calamitas, el interitus quasi tempestas ingruerit ; quando venerit super vos tribulatio et angustia.* Impiis in dio judicii grave erit \idero flammantem faciem irati judicis, XII, 237, 2 : *Loquelur os ejus cum*

ore illius, et oculi ejus ocuns illius videbunt. Cur plangent mortem Christi in die judicii, XIV, 5i4, 2. Fulmina in die judicii insilient in reprobos, non voro in electos, VIII, 392, 2 : *Ibunt directe emissiones fulgurum, et tanquam a bene curvato arcu nubium exterminabuntur, et ad certum locum insilient.* Disrumpet eos Deus multipliciter, 386,1,2: *Quoniam disrumpet illos inflatos sine voce.* Quatuor acies insurgentium in eos, 39i, i : *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* Tabescent in judicio, *Job,* 454, 2 : *Videbunt oculi ejus interfectionem suam, et de furore Omnipotentis bibet.* Eorum in judicio stupor et confusio, XIX, 146, 1. Impiorum exilium hoc tempore in Judæis impletur, sed manifestius in die judicii, *Psalm.* I, 213, 2 (FÏÀ Judicium).

Secundo, *in inferno.* Impii quomodo scribantur in terra et in inferno, XII, 144, 2 : *Recedentes a te, in terra scribentur.* Quomodo transeant ad mortem primam et secundam, XXI, 352, 1. Nati ex maledicto parentum semine, in maledictionem gehennalem transibunt, X, 353, 2 : *Omnia, qux de terra sunl, in terram convertentur : sic unpii a maledicto in perditionem.* Eorum post mortem vita in tormentis, V, 51, 2. Non effugient supplicium Dei, 330, 1, 2. Pro suis sceleribus graviter in gehenna castigabuntur, V, 343, 2 : *Si justus in terra recipit, quanto magis impius et peccator.* Impius inferno gratus accedit hospes, *Job,* 461, 2 : *Dulcis fuit glareis Cocyti, et post se omnem hominem trahet, cl ante se innumerabiles.* Impii erunt in gehenna socii dæmonum, VI, 112, 2 : Fir *qui erraverit a via doclrinx, in catu gigantum commorabitur.* Quasi stuppa collecta, a Deo consumentur, IX 566, 2 ; *Stuppa collecta synagoga peccantium, ct consummatio illorum flamma ignis.* Sunt in gehenna colligati, *ibid.,* 2. In inferno quomodo futuri quasi cinis, XIV, 613, 1 : *Et calcabilis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum.* Ad eorum supplicium omnes creaturæ conspirabunt, V, 487, 1. Quomodo habeant in inferno sua sepulcra, XII, 730, 2 : *Quorum data sunt sepubra in novissimis laci : el facta est multitudo ejus per gyrum sepulcri sui.* Lamenta eorum in inferno, VIII. 381, 2 : *Ergo erravimus a via zeritalis, el justilix lumen non luxit nobis, ct sol intelligenlix. non est ortus nobis.* Sibi ipsis subvenire nequeunt, *Job,* 118, 2 : *De mane usque ad vesperam succidentur ; et quia nullus inlelligit, in xtenxum peribunt.* Eorum vita in gehenna mors potius dicenda quam vita, XVI, 490, 2. Impii ol tyranni in inferno positi alios terrent adhuc viventes, XII, 731, 2 (Vide Infernus).

V. Quomodo cum impiis agendum. 1° *Impiorum conversatio fugienda,* IV, 286, 2 : *Noli ex eo* (pano tuo) *manducare ct bibere cum peccatoribus,* V, 114, 1 : *Ne delecteris in semitis impiorum, nec libi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam : declina, el desere eam.* Eorum societas non est ambienda, VI, 215, 1 : *Ne æmuleris viros matos, nec desideres esse cum eis. quia rapinas meditatur mens eorum, et fraudes labia eorum loquuntur.* Cavenda sunt eorum consortia, VIII, 219, 2 : *Abstinet se a viis nostris tanquam ab immunditiis.* Eorum societas noxia, XI, 177. 1 : *Vx mihi... quia pollutus labiis ego sum, el in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Iis servire periculosum est, IX, 677, 2 : *Reatus qui .... non servivit indignis se.* In iis non est ponenda spes, VI, 278, 1 : *Dens putridus et pes lassus, qui sperat super infideli in die angustix, et amittit pallium in die frigoris.* Quatenus odio prosequendi sunt, IX, 676, 1. Impium in judicio praeponere, grave scelus est, V, 5G4, 2 : *Accipere personam impii non est bonum, ut declines a verilate judicii.*

2° *Aliquando sunl plectendi et expellendi,* XIII, 219, 1. Eos princeps suo regno expellat, VI, 258, 1 : *Aufer rubiginem de argento, el egredietur vas purissimum: aufer impietatem de vultu regis, el firmabitur justitia thronus ejus.* Iis regnantibus pereunt respublicæ, 372, et seq. : *In exaltatione justorum multa gloria est : regnantibus impiis, ruina hominum.* Quærunl rebellionem, V, 534, 1 : *Semper jurgia quxril malus ; angelus autem Domini crudelis mittetur contra eum.* Malis suis consiliis, rixis, dolis, respublicas evertunt, V, 320, 2 : *Benedictione justorum exaltabitur evitas; et ore impiorum subvertetur,* Iis regnantibus fugiunt justi; at iis pereuntibus, multiplicantur, VI, 389, 1, 2 : *Cum surrexerinl impii, abscondentur homines : cum illi perierint, multiplicabuntur justi.* Eorum multitudo quam sit reipublicæ noxia, 404, 2 : *In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera : el justi ruinas eorum videbunt.* Ob unius impii scelus, sæpe lotus populus castigatur, 327, 1 : *Grave est saxum, et onerosa arena: ct ira stulti utroque gravior.* Civitates reddunt desolatas, IX, 459, 1, 2 ; /16 uno *sensato inhabitabitur patria, tribus impiorum deseretur.*

IMPLERE. *I* Implere* capitur pro *continere.* IX, 659, 1. El pro *consecrare,* X, 460. 2 cl seq. Item pro *plenum afferre,* 85, 1. *Implere* Ilebræis sæpe idem est quod *piene dare,* V, 220, 1.

2° Impleri ab ore ad os quid significet, IV, 224,2. Implero arcum est plene intendero, XIV, 462, 2. Implero omnem justitiam quid sit, XV, 108, I. Implero peccata quid significet. XIX, 122, 2. Implero verbum Dei est pleno illud prædicare, 81,1. Quid sil implere Evangelium, XVIII, 239, 2.

IMPOENITENTIA. Impœnilcntiæ peccatorum describitur. V, 561, 2 cl seq. *(Vide* Peccator).

IMPONERE MANUS, IMPOSITIO MANUUM. Imponere manus idem est quod ordinaro, XVIII, 473, 2. Impositio manus est do essentia Ordinis. XVII, 165, 2. Per eam datur gratia, *ibid.* Ea in Iribus sacramentis adhibetur, 197, 2. Impositio

mannum super ordinandos quid significet, XIX, 233, 2. Peream unctio intelligitur, XVII, <98. I. Ea significat ordinationem, 276, t *{Vide* Ordinis Sacramentum).

IMPORTUNITAS. Importunitas ubique noxia, *Job,* 114,1,2. Importunitatis liieroglyphicum apud Ægyptios fuit musca, VII, 333, I, 2,

IMPOSSIBILIS, IMPOSSIBILITAS. 1« Impossibile sæpo vocat Scriptura, quod admodum est difficile, XV, 431, 1, 2: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum calorum,* XVIII, 312, 1, Item id quod raro aut nunquam fit, XIX, 402, t : *impossibile est enim eos qui semel sunt illuminali, gustaverunt etiam donum calesle... et prolapsi sunt, rursus renovari ad panitentiam.*

2' Deo nihil impossibile, XV, 43!, 1, 2. Impossibilium impotentia divinæ potentiae est argumentum, IX, 455, 2.

3° Impossibilitas duplex est : una actum antecedens, altera consequens. XVII, 95, 1, 2. Impossibilia aliquando videmus fieri possibilia, XIII, 604, 1 : *Numquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubulis.* Impossibilia physice Deus non præcipit, XVII, 301,1 : *Nunc ergo quid tentalis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portaro potuimus ?* XVHI, 343, 2 ; *Fidelis Deus est, qui non patietur vos lentari supra id quod potestis, sed faciei etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.* Impossibilitas resipiscendi annexa stupori mentis, 190, 2 : *Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, el aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.*

IMPOSTOR. Impostores, Evangelii causa, se in pericula non conjiciunt, XIX, 119, 2. Impostores Judæorum varii enumerantur, XV, 509, 1. Impostor quidam blasphemus in Peru sese redemptorem orbis esse jactabat, XXI, 259,1.

IMPRECATIO. Imprecari mala licet malis, VU, 298, 2. Imprecationes piorum exaudit Deus, 111, 170, 1. Imprecatio Pauli contra Ananiam prophetam qualis fuerit, XVII, 393, 2; 394, 1.

IMPROBITAS, IMPROBUS. !• Improbitas undo dicatur, *Job,* 353, I. Improbitas studio assumpta pejor est feritate naturali, V, 535, 2. Ejus natura et indoles describitur, VI, 105, 2 et seq.: Anima *impii* (hebraico rasca, improbi) *desiderat malum, non miserebitur proximo suo.* Improbi et probi tres nolæ, IX, 415,2: *Oculus malus ad mala, et non satiabitur pane, sed indigens, et in tristitia ont super mensam suam.* Improbus accipitur pro *importunus,* 391,2 : *Ne improbus sis,* n» ûnpingarù, *el ne longe sis ab eo, ne eas in oblivionem.*

2* Improbitas modica magnam virtutem inficit, ■mm contra, magna virtus parvam improbitatem bulare non possit, XIV, 345, 1 : *Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, numquid contaminabitur? el responderunt sacerdotes, et dixerunt: Contaminabitur.* Improbis dulcescit malum, *Job,* 424, 2 : *Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum, abscondet illud sub lingua sua. Parcel illi, et non derelinquet illud; ct celabit in gutture suo.* Improbitatis impotentia insatiabilis, IX,202,2 (Fide Impius, Malus, Peccator).

IMPROPERIUM. Improperium abrumpit amicitiam, X, 590,1, 2.

Improperium Christi quod respexit Moses, sunt opprobrium el tribulationes, XIX, 484, 1. Improperia Christi in Parasceve undo petita sint, XIV, 130, 1, 2.

IMPRUDENS, IMPRUDENTIA. Imprudentiam causât ebrietas, X, 139, 2 : *Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem, et faciens vulnera.* Imprudenti actus ct vitia, XX, 352, 2 : *Estote ergo prudentes, ct vigilate in orationibus.* Imprudens sibi præddcns, alios renuit consulere, V, 360, 2 : *Viri stulli recta in oculis ejus; qui autem sapiens est, audit consilia.* In suis actionibus sæpo impingit, VI, 3, 2; 4, 1 : *Ubi non est scientia animæ, non est bonum ; cl qui festinus esl pedibus, offendet.* In damna incidens, Dei providentiam accusat, non se, 5,1 : *Stultitia hominis supplantat gressus ejus; el contra Dominum fervet animo suo.* Tornero omnia effutit, el nihil secreti serval, 9, 1 : *Qui tantum verba sectatur, nihil habebit; qui autem possessor est mentis, diligit animam suam ; ct custos prudentia) inveniet bona.* Imprudens studiose congesta a parentibus stalim consumit prodigaliter, 117, 1, 2: *Thesaurus desiderabilis, el oleum in habitaculo justi, et imprudens homo dissipabit i.'lud {Vide* Stultus).

IMPUDENTIA. 1' Impudentia nascitur ex gula et libidine, IX, 598, 2 : *Aufer a me ventris concupiscentias, el concubitus concupiscentias ne apprehendant me, el animat irreverenti el infrunita ne tradas me.*

2' Ejus effectus et noxa. IX, 598, 2. Mater est impudiciliæ, X, 13, 1. Impudentia mater est scelerum, VI, 28, 1. Impudentia propria meretricum est, V, 264, 1. Abjicit pudorem et virtutem, V, 392, 2 : *Egestas et ignominia ei qui deserit disci* plinam ; qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur.* Impudentia socia est incorrigibililalis, XV1I1, 190, 2. Impudenti® exempla, XII, 38, 2; 39, 1 : *Frons meretricis facta esl (ibi, noluisti erubescere.* Impudentia haereticorum, XXI, 203, I.

3« Impudentes aliter admonendi, aliter verecundi, V, 533, 2: *Plus proficit correptio apud prudentem, quam centum plagas apud stultum.*

IMPUDICITIA, IMPUDICUS (Vide Luxubia, Luxuriosus),

IMPULSUS. Impulsus Spiritus sancti vis, VII, 292, 2; *Non est* in *hominis potestate prohibere spiritum.* Impulsus cordis ad bonum assiduo a Deo petendus, IX, 5911, 2 : *Quis superponet in cogitatu*

meo flagellaci in turda meo doctrinam sapienti#, ut ignorationibus eorum non parcant mihi, et non appareant delicta eorum ?

IMPUNITAS. 1* Impunitas peccandi magnum malum ost, IX, 586, 1. Impunitas gravis Dei punitio est, XII, 540, 1. Impunitas luctuosa et gravis peccanti est, XIV, 201, 2. Impunitos infelicitatem affert, XVIII, 215, 2. Ipsa maxima peccandi illecebra est, XIII, 529, 2. Impunitas peccandi est peccatoris lectus, et signum reprobationis, XXI, 58, 2.

2° Impunitas impiorum plurimos offendit, /oft, 499, 1 : *De civitatibus fecerunt viros gemere, el anima vulneratorum clamavit, ct Deus inultum abire non patitur.* Impunitum nihil relinquit Deus, IX, 175,1 : *Ne dixeris : Peccavi, et quid mihi accidit triste?*

IMPURITAS, IMPURUS. Impuritas animi Deo placore nequit. VI, <8, 2. Impuritas comes hæresis et falsae religionis, IV, 414, 1. Impuri puros impuros esso judicant, VI, 3, 2.

IMPUTARE. Imputantur nobis Christi* opera quomodo, XVIII, 21,2. Imputare fidem *ad justitiam,* vel *pro justitia,* aliud est quam imputare justitiam, 81, 1. Deum non imputare alicui peccatum, est aliquem peccalo carere, 82. 1, 2 (Mete Fides, Justitia).

INANIMA. Inanima tribus modis se movent, XII, 462, 1. Inanima laudant Deum non oro, sed opere, XIII, 47, 2 ot seq.

INAURIS. I0 Inaures proprio quid sint, et cur primo adbibitæ, XI, 140, 2. Inauris super os erat monile o fronto in nasum dependens, XII, 611,1,2. Cur dicalur inauris, *ibid.* Inaures priscorum quales essent, VI, 267, 1. Eis insculpebatur nomen Dei vel rei summo amatae, *ibid.,* 2. Inaures deorum imaginibus ornabantur, I, 328, 1. Erant insigno nobilitatis, VI, 267, 2.

2a Inaures quid tropologico significent, XII, 611, 1, 2. Symbolum sunt correptionis, VI, 267 2. Item obediontiæ, VI, 268, 1. *Job,* 792. 2. Et pacis, *ibid.*

INCARNATIO (Vide Jesus Ciiiustus).

INCENDIUM. Incendia mulla modo sub terra latent, quæ in fino mundi erumpent, XXI, 204, 2. Incendium peccatorum qualo futurum in dio judicii, XI, 240, 2.

Incendium animæ quam noxium, XIII, 445, 2.

INCENSUM. Incensum idem ost quod thymiama; id Deo bis per diem offerebatur, X. 461, 2 Incensum sunt victim® incensa), XI, 112, 1. Incensum quomodo elevatio manuum vocotur, XIX, 202, 1.

1NCERTITÜDO. I0 Incertitude amoris el odi Dei, VII, 305, 1, 2: *Sunl justi atque sapientes, ct opera eorum in manu Dei, et tamen nescii homo utrum amora an odio dignus sit.* Incertitude gra* tiæ ct perseveranti®, XIX, 45, 2: *Vcrumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei,.... ad cognoscendum illum et virtutem resurrectionis ejus et societatem passionum illius, configuratus mort ejus. Si quomodo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis.* Incertitude gratiae et praedestinationis in Paulo, XVIII 335, 2 : *Castigo corpus meum, el in seroi lutem redigo : ne forte eum aliis prædicaverim. ipse reprobus efficior* Incertitude grati® magno, *Job,* 235, 1 : *Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, el tædebit me vitæ mcæ.* Nemo potest sine speciali Dei revelatiónr scire se esso in gratia, *ibid.* Hæc incertitude semper pios timere cogit, XVIII, 343, I : *Qui se er> limat stare, videat ne cadat ;* XIX, 32, 1. 2: *1' que, charissimi mei, non vi in presentía mei tantum, sed multo magis nuno in absentia we cum metu el tremore vestram salutem operamini.* Ob grati® incertiludinem merito sanctos tædet vitæ hujus, *Job,* 235, 2 (Fitte Grat ia).

2® Incertitude voluptatis, VII, 20, 1.

3® Incertitude diei mortis, XIX 135, 2 et seqq.* *De temporibus autem et momentis. fratres, non indigetis ut scribamus vobis, ipsi* enim *diligenter scitis quia dies Domini sicvl fur* m *nocte, ifa venit i.* Incertitude mortis Dei timorem suadet, *Job,* 228. 2.

INCESSUS. Incessus magna cura habenda, quia ex eo colligitur animus, XIII, 594, 1. Incessus pompaticus a Prophetis suggillatur, *ibid. : Væqui opulenti* calù in Sion, *et confiditis in monte Samaria: optimales capita populorum, ingredientes pompático domum Israel* Incessus gravis vel vagus index esl animi maturi vel inconstantis, X, (5, 1 : Cotamitt *aurex super bases argenteas, et pedes firmi super plantas stabilis mulieris.* Incessus sit verecundus et modestus, IX, 543, 2: .4mirius *hominis ct risus dentium, et ingressus hominis enuntiant de ilio.*

Incessus bonus et felix quid denotet, VI, 467, 2. Incedentia feliciter quatuor, 466, 1. Quid denotent, 467, 2 : *Tria sunl quæ bene gradiuntur, el quartum quod inccdil feliciter; leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursum : gallus succinctus lumbos suos: el aries, nec esl rex qui resistat ei.*

INCESTUS. Incestus habet quadruplicem enormitatem, II, 115, 2 el seq. Ex lego Moysis ei erat constituta pœna ignis, 130, 1. Ejus vindicati p*r parricidium et sui ipsius occisionem, exempla, *ibid.* Incestus a Deo punitus, IV, 488, 2. PuniP eum Deus sæpo orbitate, II. 131, 2.

INCIPERE, INCIPIENTES. Incipiendum a Deo, III,-29, 1. Incipienda sunt a Deo omnia, XVIII, 43. 2 : *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jcsum Christum.* Sed bene inciporo non sufficit, nisi bono finiatur, 356, 1, 2. Incipiendum semper in studio virtutum, IX, 502, 2 ot seq. : *Cum consuno mavent homo, tunc incipiet; el cum quieverit, operabitur* ſ *2*

Incipientibus in via oorfeclionis, qu® sectanda,

XV, 428, 1. Incipientes in fide et virtute, quando prophetent moraliter, XIII, 508, 1 : *El prophetabunt filii vestri, cl filix vestrx ; senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt.* Incipientium tentalio est putaro so osse perfectos, XIX, 46, 1 : *Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim ; sequor autem, si quomodo comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Jesu.* Eorum status animalis est, proficientium rationalis, perfectorum spiritualis, XVIII, 265, 1 : *Qux et loquimur non in doctis human* sapienti* verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea qux sunl Spiritus Dei.*

INCIRCUMCISUS. Incircumcisus in Scriptura idem est quod immundus, durus et ineptus, 11, ISO, 2. Incircumcisus et immundus quid mystico ct symbolice significent, XI, 615, 1, 2. Ab incircumcisis occidi probrosum erat apud Judæos, XII, 705, 1.

INCLEMENTIA. Inclementia in alios signum est animi imperfecti, XVUI, 574, i : *Alter alterius onera portate, el sic adimplebitis legem Christi.*

INCLINATIO. Inclinationes animæ quaro indagandae sunt, antequam quis alicui officio aut statui applicetur, X, 264, 2 et seq. : *Fili, in vita tua tenta animam luam : el si fuerit nequam, non destili potestatem.* Eæ noscendæ ad perfectionem aspirantibus, IX, 50, 1, 2. Inclinationes vitiosas sentire coguntur et justi, XVIII, 126, 1 : *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mex, et captivantem me in lege peccati.* Inclinatio hominum circa divites et miseros, VII, 177, 2.

INCLUSOR, inclusores qui dicantur, XII, 189, 1,

INCOGITANTIA. Incogitantia numinis est origo omnium scelerum, XI, 570, 1 *(Vide* Deus).

¿NCOGN1TUS. Incognitus nobis cur sit Deus, XVII, 326, 1 *(Vide* Deus, cap. III, art. II, § V). Incogniti multi mundo, noti sunt Deo, V, 289, 1 ; XVUI, 458, 2 : *Sicut qui ignoti, el cogniti.*

1NCÜMPREHBNSID1LITAS (Vide Deus, cap. III, art H. § V).

INCONSIDERADO. Inconsideratio et incontinentia loquendi sæpe causant peccatum, IX, 602, *Indisciplina!* loquelx non assuescat os tuum, est enir in illa verbum peccali (Vide* Lingua, Loquela).

INCONSTANS, INCONSTANTIA. I0 Inconstantia solis, ventorum et fluminum, VII, 57, 1.

2* Inconstantia hominum, 117, 387, 1. Inconstantia appetitus hominum VII, 137, 2 : *Tempus dilectionis el tempus odii, etc.; Job,* 318,*2 ct seq.: Qui *quasi flos egreditur el conleritur, el nunquam in eodem statu permanet.* Inconstantia quanta sit in homine cogitationum ct appetituum, XX, 371, 2 : Inconstantia mulieribus est familiaris, XIX, 295, 1. Item hrcreticis in suis dogmatibus, XVUI, 634, i, 3 : *Ut jam non simul parvuli fluctuantes, el circumferamur omni vento doclrinx in nequitia hominum,'in astutia ad circumventionem erroris.* Inconstantia hominum a peccato originali accessit, IX, 351, 2 : *Sta in testamento tuo, el in illo colloquere, el in opere mandatorum tuorum veterasce.*

3° Inconstantes similes sunt avibus vagis, X, 244, 1, 2 : *Quis credit ei qui non habet nidum, ct deflectens ubicumque obscuraverit, quasi succino tus latro exiliens de civitate in civitatem ?* Sunt velut lunatici, XV, 135, 2. Et similes arena, 216, 2. Sunt labruscæ, XI, 153, 2. Inconstanliæ typus, XV, 283, 1 : *Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?* Inconstanliæ ct mutabilitatis adagia, IX, 182, 1 : *Esto firmus in via Domini, et in verilate sensus tui ct scientia, cl prosequatur te verbum pacis el juslilix,* XV, 283, 2. Inconstantes temporo Antichristi futuri, per atrium templi Salomonis denotantur, XXI, 222. 2.

4° Inconstantia ct temeritas quantopere vitandæ sint, II, 268, 1. Inconstantes in verbis sibi el aliis noxam creant, VI, 323, 2 : *Lingua fallax non amat veritatem : et os lubricum operatur ruinas.* Inconstantes misere pereunt, IX, 352, 1, 2.

53 Inconstantia ct instabilitas mundi ct mundanorum, VII, 29, 1; XII, 727, 1, 2. Inconstantia fortunæ et felicitatis hominum, VII, 186, 2 el seq. Inconstantia et instabilitas voluptatis hujus mundi, VII, 19, 1.

INCONTINENS. Incontinentes cur velit Paulus nubere, XVIII, 804, 1, 2.

INCORRIGIBILIS, INCORRIGIBIL1TAS. Incorrigibilitas signum est obstinalæ mentis, XVIII, 190, 2. Incorrigibiles etiam ad meliora trahendi, XX, 686, 1 : *El hos quidem arguite judicatos: illos vero salvate, de igne rapientes. Alus autem miseremini in timore, odientes ct eam, qux carnalis est, maculatam tunicam.* Incorrigibiles an et quando docendi ct corripiendi sint, V, 258, 1 : Qui *erudit derisorem, ipse injuriam sibi facit : el qui arguit impium, sibi maculam generat.*

INCORRUPT1O. Incorruptio est causa æternitatis, XIX, 188, 2.

INCREDIBILIS. Incredibilis sæpe in Scriptura sumitur pro *incredulus,* V, 558, L

INCREDULITAS, INCREDULUS. I. Lncr edÛUtat is causx. — 1° *Pusillanimitas,* I, 483, 1 *t Narravit ergo Moyses omnia filiis Israel, qui non acquieverunt ei, propter angustiam spiritus, el opus durissimum;* 557,1 : *Dixerunt ad Moysen:... Nonne est iste sermo quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes : Recede a nobis ut serviamus Ægypliis ? Multo enim melius erat servire eis, quam mori in solitudine;* IX, 106, 1, 2: Væ *dissolutis corde, qui non credunt Deo, et ideo non protegentur ab eo;* XX, 461, 1 : *Pellicientes animas instabiles.*

2* Cedías, XII, 56, 1 : *Audi,populе stulte, qui*

non habes cor; qui habentes oculos, non videllr ; et aures, ct non auditis. Mc ergo non timebitis, ait Dominus, cl a fade mea non dolebitis?... Populo autem huic fadum est cor incredulum et exasperans, recesserunt el abierunt; XVI, 465, 2 et seq.: *El dixit Jesus : In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, el qui vident, exci fiant;* 515, 2 ctseq.: *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias : Excæcavit oculos eorum, ut non videant oculis, el non intelligent corde, el convertantur el sanem eos (Vide* CÆCITAS SPIRITUALIS).

3o 1'itfc *carnis,* XVIII, 653, 1 : *Nemo vos sedurti inanibus verbis, propter hæc enim* (fornicationem scilicet, immunditiam, etc.) *venii ira Dei in filios diffidentis.*

4° *Vana gloria,* XVI, 387, 2 : *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis ; ct gloriam quæ a solo Deo est, non quæritis?* 516, 2 : *Verumlamcn ex principibus mulli crediderunt in eum, sed propter Pharisxos non confitebantur, ut e synagoga non ejicerentur. Ditexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.*

II. Incredulitatis mala. — I0 *Incredulus ct injustus Deo displicet, veraque caret vita,* XVIII, 47, 2 : *Scriptum est : Justus autem cx fide* vtvif. Incredulitas est magnum peccatum, XIX, 383. 2 : *Quibus autem infensus est, nisi illis qui increduli fuerunt?* Increduli fidei sunt inimici Dei, XVI, 352, 2 : *Qui credit in Filium, habet vitam ælernam; qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Hi a Christo in dio judicii accusabuntur, 518, 2 : *Qui spernit me, el non accipit verba mea, habet qui judicet eum ; sermo quem loculus sum, ille judicabit cum in novissimo die.*

2° *Incredulitas omnibus gratiis hominem destituit,* XV, 338, 2. *Et non fecit ibi virtutes inultas propter incredulilatem eorum;* 687, 1, 2 : *El non poterat ibi virtutem ullam facere... ct mirabatur propter incredulilatem eorum;* XVI, 385, 2 : *Et verbum ejus non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huic vos non creditis;* 442, 1,2: *Dixi vobis quia moriemini in peccatis vestris; si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro;* XVIII 59, 1 : *Iis autem qui sunl ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira ct indignatio;* XIX, 382, 1 : *Videte, fratres, nc forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi a Deo vivo ; sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies,.,, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.*

3® *Incredulitas maximis pttnis punitur,Psalm.U,* 21, I, 2: *Ideo audivit Dominus, et distulit* (no tam cito in terram promissionis intrarent) ; *et ignis accensus est in Jacob, el ira ascendit in Israel, quia non crediderunt in Deo, nec speraverunt in salutari ejus;* V, 52. 2 et seq. : *Tunc invocabunt me, et non exaudiam; mane consurgent] et non invenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, et timorem Domini non susceperint ; nec acquieverint consilio meo, et detraxerunt univers* correptioni mræ;* Vili, 535, 2 : *Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, el horum qui te nesciunt, audaciam traducis ;* IX, 459, 1,2: *In synagoga peccantium exardebit ignis, et in gente incredibili exardescet ira;* XIX, 383, 2; XX, 659,2; 660,1 : *Commonere autem vos volo, scientes semel omnia quoniam Jesus populum de terra Ægypti salvans, secundo cos, qui non crediderunt, perdidit ;* 370, 2 : *Quoniam tempus est ut incipiat judicium a domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Evangelio? El si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt?*

III. Incredulitas Judæorum, XVIII, 181, 1, 2. Ob eam repulsi sunt a benedictione, 169, 1. Incredulitas Judæorum causa fuit eorum reprobationis, XVI, 478, 2 *(Vide* Hebræi. Judæi).

INCREPATIO (Vide Correctio fraterna, Correptio).

INCUBI. Incubi dæmones, qui, et an tales dentur, IV, 294, 1, 2. Incubus morbus unde oriatur, X, 329, 2.

INDI. Indi lapides et ligna pro diis colunt, XVUI, 52. 1. Indi pagani vere dici non possunt peccatum Adam imitati. 97, Lindi peccata sua scripto exarata in flumen jactant, ul æterna premantur oblivione, XIV. 151, 1.

Indi Brachinanes olim vocabant suos sapientes gymnosophistas, IV, 220. 1, 2. Indorum reges eliamnum mullas uxores habent, IV, 370, 2. Indorum reguli nonnulli sunl longævi, XIII, 12, 2. Ob exercitia sunt longævi. XII, 579, i.

Indi eliamnum in pradiis elephantis utuntur, cur, IV, 442, 2. Indi nonnulli parentes senio confectos mactant et devorant, IX. 120, 1. Indorum indocilitas el stupor, IX, 581, 1. Convivabantur coronati. X, 147, I. Indi aliqui celerius currunt equis, III, 440, 2.

Indi una cum auro e tenebris ignorantiae educti, *Job,* 546. 2. Indorum per baptismatis gratiam immutatio, XII, 752, 2. IndiThomæi aChaldæis Episcopum petunt, XVIII, 255, I.

INDIA. India Orientalis quomodo in Scripturis vocetur /Ethiopia, XIV, 304, 2. Ejus et regionum vicinarum conversio ab Abdia et Sophonia prædicta est, 305, 1. An ex India fuerint Magi Christum puerum adorantes, XV, 71, 2 et seq. Indi® Orientalis in valle una quam variæ sint linguæ XVII, 88, 2. India Orientalis quando ct quomodo aperta sil Vasco Gamæ, IV, 288, 1.

India Occidentalis an olim Hispaniae conjuncta, XI, 309, 2.

Indi® per christianismum mulla bona accessere,

XJ, 683, 2. India calm Virgini osi a Lusitanis dedicata, V, 214,1.

INDIFFERENTIA. Indifferentia opera media sunl inter virtutem el vitium, Vili, 21, 1, 2. In indifferentibus cuique liberum suam opinionem sequi, XVII!. 230, i.

INDIGENS (Fi* Pauper).

INDIGJiATIO. Indignatio significat aliquando justum Dei judicium, *Psalm.* I, 170, 1,2. Indignabu *Christi* Lazaren resuscilnluri oral in mortem et diabolum, et contra Judaicam perfidiam, XVI, 492, 1. Causa ejus erat Lazan mors, el sororum cl aliorum ploratus, 492, 2.

Indignatio indignantem non sinit quiescere, IV, 379, 2 (Fi* Ira).

INDIGNUS. Indigni non sunt ad prelaturas promovendi, VI, 301, 2: *Claudus pedibus, el iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stullum.* Indignum ordinans, ejus peccatorum fit particeps, XIX, 248, 2 el seq. : *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis [Vide* Ordims sacramentum, Sacerdos). Indignis non sunt conferendi honores, IX. 372, L Indignis non est benefaciendum, 367, 2 : *Si benefeceris, scito cui feceris, ct erit gratia in bonis luis mulla.* Id tamen quandoque fieri solet, 3G8, 2.

INDISCRETOS. Indiscretus et nimius in corpore edomando el mortificando cur dici possit sacrilegus, XV111, 202, 1 : *Rationabile obsequium vestrum**

INDOCTUS, Indocti nomen meretur superbus, VI, 120, 1 : *Superbus et arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.* Indoctis docendi munus committi non debet, 295, 2: *Quomodo nix in testale, cl pluvix in messe, sic indecens est stulto gloria.* Indocti pii potiores sunt doctis impiis, V, 353, 2. Indoctus probus melior est docto improbo, IX, 538, 2 et seq.: *Melior esi homo, qui minuitur sapientia, et deficiens sensu in Umore, quam qui abundat sensu, el transgreditur legem Altissimi (Vide* Doctus, Iqboiantia, Scientia).

INDOLES. Indoles prolium a matre potissimum pendei, XIII, 285, 1. Indoles melior an sit sortis melioris el forlun.e causa, X, 1.68, 1 : *Quare dies diem superat, cl iterum lux lucem, et annus annum a sole ?* Secundum suam indolem quisquo est regendus, 94, 2. Indoles in consilio ejus qui consulitur spectanda est,255, 2 ; *Cum viro sancto assiduus esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei: cujus anima est secundum animam luam, el qui cum titubaveris in tenebris, condolebit tibi.*

INDUERE, INDUMENTUM. *Induere* Hebræis significat copiose aliqua re perfundi el imbui, XVIII, 27, 2; 547, 2; *Quicumque enim in Christo, baptizan estis, Christum induistis.* Verbum *indui* quid proprie significet, *Job,* 185, i : *Induta est caro mea putredine et sordibus pulveris.* Induere novum hominem veterem, Christumel Adamum,

2° *Legis mosaic» promulgatio.* Lex vetus el nova edita sunt in monto, XV, 136, 1. Lex velus quomodo lata angelis disponentibus, XVII, 179,1. Par angelum data est Moysi, XV, 3, 2 et seq. Per angelos est lata, et ejus praevaricatores puniti, XIX, 366, 1. Eam Spiritus sanctus ad verbum dictavit, 304, t. Quibus cæremoniis in Sina data, I, 600, 2 et seqq. Quanta cum majestate ol tremore lata sil, IX, 482, I. Ejus promulgatio Deo fuil summe gloriosa, *ibid.* Ejus promulgatio significat promulgationem logis novae, I, 602, 2. Septem in ejus promulgatione terribilia, 601,2. De fumo, igne, fulguro, lerræ molibus quando lux dabatur, *ibid.* In modio flammæ cur sit data, *Job,* 353, !. Curdala cum fulgure, tonitru, procella ot cum motu, XIX, 505,2; 509,1.Quid omnia hæc allegorico significent, I, 601, 2. Quomodo lata post annos CCCCXXX post Abraham, XVIII, 543, 2. Et tertio menso post exitum ex Ægypto, 544,1. Leges cur tabulis lapideis a Mose conscripta, XIII, 397, 1. Omnis lex Judæorum lata est in monto Sina, II, 181, 2.

3* *Legis mosaic» natura el finis.* Lex erat triplex, tria scilicet continebat, legem naturalem, puta Decalogum, leges judiciales, leges rpremomaleg, XVII, 179, 1. Leges judiciales judicium vocantur; cæremoniales, testamentum; morales, disciplina, IX, 482, 1, Cur leges cæremoniales vocentur justificationes, XIX, 430, 1. Lex sancta fuit propter præcepta cæremonialia ; justa, propter judicialia ; bona, propter moralia, XVIII, 121,2 Cur spiritualis dicatur, 122, 1. Suo ordine, tempore, loco, modo ordinata et disposita fuit, 544. i et seqq.

Lex vetus data est ut dissolutos hominum mores restringeret, illos ad Christum duceret, indirecto ut abundaret delicium, 104, 1. Ejus finis respectu triplicium hominum, XVHI, 104. Î. Christianis non esl lata, sed Judæis, XIX, 181, 2. Erat via ad Christum, XV, 6, 1. Judæos deduxit ad Christum, XVHI, 6-5, 1 ; 104, 1 ; 544. 1 ; 547, 1; XIX, 181,1. Christus legis est finis, XVIII, 176, 1. Lox esl quasi maritus, hoc per Christum mortificato, ad alium transire licet, 118. 2. Propter transgressiones posita esl, 546, 2. Non est contra promissa Dei vitam spiritualem per Christum promittentia, *ibid.* Non potuit irritare pactum Dei cum Abrahamo initum, 543, 1. Lex Mosis est sicut pluvia matutina, XIV, 476, 1.

4* *Legis Mosaica imperfectio et impotentia.* Lex Mosaica fuit rudis et imperfecta, XV, 159, 1 Fuit velul umbra, 5, 1. Promittit terrena et caduca, 5, 2. Lex vetus est velul rudimentum doctrinan Christianae, XVIII, 549 2. Ex ea non potest accidero nobis vivificatio, hæreditas et justitia Abrahæ, 85, 1; 546, 2. Non justitiam, sed iram, vindictam, peccatum ctmortem operatur, XVIII, 85,1; 104,1,2; 119, 1; 121, 1; XIX, 425, 2 Hominem maledicit, XVIII, 539, 2. Non affert fidem el gratiam qua justificemur, 516,2. Ejus sacramenta egena elementa, 552, 1. 2. Politica tantum et exteriora attingebat, non animam, XIX, 419. 1. Bx ea justitiam quærenles irritam faciunt Christi redemptionem, XVIII, 561, 2. Ejus justitias et excellentias Paulus parvi facit. XIX, 44, 2.

Lex Volus concupiscentiam magis acuebat. XVIII, 119, 1. Sine lege peccatum erat mortuum, quo sensu, 121, i.

5* *Lex vetus servanda erat, et quatenus impleri poterat.* Lex vetus custodienda erat nimis, sex da causis, II, 181, 2. Ipsa exploranda et observanda, •28. 2.

Lox vetus orat onus grave, XV, 5, 2; XVII, 301,1. Erat gravior lege nova ob quatuor rationes, XVIII. 564, 2. Lex votus an prorsus servatu impossibilis, XVII, 301, 1. Eam impleri non posse, docere blaspliemum est, XVIII, 61, 2. Id possibile esl, 540, t. Impletur operibus et gratia Christi, non sola fide, 59, 2; 176, 2; 223, 1; 433, 2. Eam ante Christum Gentes totam implere non poterant, 62. 2. Eam servantibus Deus viginli ol novem bona promisit, II. 177, 2 el seq.

6* *Legis mosaic» durado et abrogatio.* Legis veteris dominium, XV1I1, 118, i. Id amisit veniente

Çhristo, <19, i. Data fuit solis Judæis, erat tcmporaria, XV, 6, I. Obligavit usquo ad Christum, XIV, 613, 2. Non semper duratura dicitur contra Judæos, XII, 232. 1. Ejus abolitionem foro an dixerit S. Slephanus, XVII, 167, 2. Ejus abrogatioin transfiguratione Christi repraesentatur, XV, 389, 2. Lex in Jerusalem quomodo esso desierit, III, 374, 1. Ex ejus jugo Christus ita nos eduxit, ut e profundo quodam lacu, XIV, 461,2. Lex cæremonialis abrogata est, et obligare desiit in Pentecoste, XV, 287, 2; XVIII, 230, 2; 529, 2. At non moralis et naturalis, XVIII, 532, 1; 542, i. Lex de suffocatis et sanguinis usu est abolita, XVII, 303,1. Lex Mosis post Christi ascensum ut honesta et religiosa adhuc observari poterat, non tamen obligabat, XVII, 381, 1. Eam cur Paulus deprimeret, 381, L Lex vetus quomodo dicatur uldl i, XIX, 357, 1, 2. Vocatur æterna conditionale, I, 191, 2. Est æterna quadrupliciler, XII, 449, L Lex Decalogi non desiit per Christum, sed est æterna, XIII, 532, i. Legem veterem quo sensu Christus non venit solvero, sed adimplere, XV, 156,1, 2; 159,1. Lex vetus est a Christo evecta ot perfecta, V, 225,1, 2.

V. Lex Christiana. — <• *Quibus nominibus in Scriptura lex novo vocetur,* Quare vocetur Testamentum novum, XIX, 427, 1 : *Hoc est Testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicil Dominus. Dando leges meas in mentem eorum, et in corde eorum superscribam eas.* Lex evangelica judicium vocatur multas ob causas, XI, 605, 1 2 : *Attendite ad me, populus meus, et tribus mea, me audite; quia lex a me exiet, el Judicium meum in lucem populorum requit sect.*

2* *Legis novæ natura et characteres.* Lex mosaica a Christo mutata in Evangelium, XVI, 331,1 ; 361, 2: *Venii hora, el nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritale. Nam et Paler laies quærit, qui adorent cum.* Lex nova est fœdus novum quod Messias sanciturus dicitur, XII, 232, I. Legem perlectam attulit Christus in orbem veniens, XIV, 303, I : *Tunc reddam populis labium electum, ul invocent omnes in nomine Domini, cl serviant ci humero uno.* Ejus gloria unde pateat, XVIII, 133, 2 : *Si ministratio mortis el damnationis litteris deformata in lapidibus, futi in gloria..... quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria.* Lex nova ad verterem est velut anima ad corpus, X, 237, 1 : *Da testimonium his qui ab inilio crcalurx lux sunt, el suscita prxdicaliones, quas locuti sunt in nomine tuo Prophète priores.* Lex nova per ignem dari cœpta, XV1Í, 82, 2 et seq. : *El apparuerunt illis dispertite linguæ tanquam ignis super singulos eorum.* Legis novæ, et legis veteris promulgatio typice opponitur, XIX, 50G, 1. Legem novam Deus inscribit Christianorum intellectui, memora ct cordi, id est voluntati, XH, 233, 1,2 : *Hoc crû pactum, quod feriam cum domo Israel post dits illos, dicit Dominus ; dabo legem meam in vis* Ceribus eorum, et in corde eorum scribam eam.... El non docebit ultra vir proximum suum, et vit fratrem suum dicens : Cognosce Dominum; omnes enim cognoscent me, a minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus.* Utriusque antitheses variæ, XV, 3, 2 et seq.; 5, 2; 7, 1 ; 9, 1 ot seq. ; XIX, 351, 1 ct seqq. : *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis : novissime in diebus istis locutus est nobis in Filio›* Logis mosaicæ et novæ sex differenliæ, XVI, 47, 2* *Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberali, serviamus illi. In sanctitate el justitia coram ipso omnibus diebus nostris ;* 533, 1,2 : *Man* datum novum do vobis : ul diligatis invicem.* Toti consistit in charilate, XVIII, 132, 2 : *Multitudinis, autem credentium erat cor unum ct anima una.* Quomodo dicatur ignea, *Psalm.* II, 329, 2: *Ignitum eloquium tuum vehementer, et servus tuus dilexit illud.* Lox evangelica est lex gratiæ, XVIII, 173,2. Lex gratiæest lex amoris, quielis et concordi®,XIV, 97,2:2ft *sedebit vir subtus vitem suam et subtus ficum suam,ct non erit qui deterreat.* Lox alia charitatis, alia justiliæ, *Psalm.* 1,372,2 : *Quia apud te propitiatio est, el propter legem tuam sustinui te, Domine.* Lex gratiæ est ceu imber serotinus, XIII, 609, 1 : Quomodo dicatur perpendiculum, id est regula et norma omnis virtutis et perfectionis, XIV, 406, 2. Ea sancta est, et quare, XX, 467, 1 : *Melius enim erat illis non cognoscere viam justiliæ, quam post agnitionem retrorsum Converti ab eo quod illis traditum esi, sancto mandato.* Est terra sancta in quam ducimur a Spiritu sancto, *Psalm.* II, 441, 1,2: *Spiritus tuus bonus deducet mc in terram rectam.* Est perfecta, cur, 87, 1 : *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, el permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, hic bcalus in facto suo erit.* Est suiliciens ad salutem, nec indiget mosaica, XVIII, 517, 2. Sola ejus notitia ad justificationem non sufficit, sed ipsa servanda est, GO, I : *Non enim auditores legis justi sunl apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* Lex fidei el lex factorum qui diffemnl, 76, 1 : *Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum ? Non, sed per legem fidei.* Lex evangelica est lex obedionliæ, ac reddit subditos flexiles, 112, 1, 2 : *Nescitis quoniam cui exhibetis vos Sirvos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam ?* Docet parere magistratibus, 219, 2 : *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sil.* Est item lex libertatis, XX, 87, I. Est lux cl dogma, XVIII, 606, I. Ejus facilitas et gratia, XII, 233, 1, 2. Cur lex nova suavis sil, XV, 296, 1,2: *Tollite jugum meum super vos.... Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.* Ejus prævaricalorcs punientur, ergo ipsa observanda est, 157, 1, 2. Ejus vel minimum mandatum violans, castigabitur, *ibid.,* 2 : ¿luí *ergo solverit unum de mandatis*

istis minimii, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno calorum. Leges aposlohcæ el ecclesiastic® non adduntur Scripture ul Scriptura divina, sed ut humana ex divina deducia, XXI, 413, 2 : *Contestor enim omni audienti verba prophetia libri hujus : Si quis apposuerit ad hac, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.*

3° *Legis nova duralia.* Lex nova non transibit, XV, 156, 2 et seqq. : *Arnen quippe dico vobis, donec transeat catum et terra, iota unum, aut unus apex non prxlcribit a lege, donec omnia fiant.* Dupliciter est immobilis, XIX, 510, 1 : *Ilaqut regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: perquam serviamus placentes Deo.* Lex evangelica est lex ultima, suosque cultores cœlo transcribit, IX, 60, 1 : *Fons sapienti#, vefbum Dei in excelsis, et ingressus ejus mandata æterna.* Legis Christian® ætas qtiamdiu durabit, XX, 549, 2. Lex evangelica est lex ultima, caque finita venturum est judicium, XIV, 331, 2 *(Vide* Evangelium).

VI. Lex humana.— Lox omnis regum a lege æterna Dei derivatur, V, 212, 1 : *Per mc reges regnant, cl legum conditores justa decernunt;i9i,i ! Divinatio in labiis regis, in judicio non errabit os ejus.* Leges imponcre est regum el dominorum, *Job,* 687, 1. Leges, si sint æquæ, Deus propugnat, earumquo sensum conira impios luetur, VI, 155, t. Leges sunt anima civitaiis, XIV, 180, 1. Legum severitas in rectoribus commendatur, XXI, 60,2. Leges etiam human® debent esse vincula cbarilalis, XIII, 430, 1. Lex civilis non punit animum, sed tantum opus externum, XV, 165, 1. Lox humana patitur opiikiam, non divina, III, 625, 2 Leges judiciales sunl vi® rogi® quas secum interpretans vel corrumpens, init diverticula, V,549, 2. Legi su® pareat princeps, quia ea tenelur non minus quam subditi, X, 145, 1.

Leges Gentilium an in conscientia obligarint, XVIII. 221, 1 : *Ideo necessitale subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.*

Legis Persarum ne quis non vocatus interius atrium regis ingrediatur, causa, IV, 375, 1, 2.

LIA. Li® lippitudo oculorum qualis fuerit, I, ¿93, 1. An peccaverit se substituendo pro Ilachele. 293, 2. Quid hæc substitutio symbolice significet, *ibid.*

LIBAMEN, LIBARE, LIBATIO. Libamen in omni sacrificio Judaico adhibebatur, XIX, *15, 1. Libamen seu libatio, in sacrificio quid esset, XV, 557, 2; XIX, 309, L Libatio erat oblatio libaminis, puta viniel olei quo sacrificia tum farrea, tum cornea condiebantur, XIII, 400, 2; 487, 2. Libatio vini erat ultima sacrificii pais, X, 542, 2. Libandi ritus. 11, 270, I. Libaminum mensura, 270, 2. Libamen victimis dignius, quia Deo semper totum offerebatur, XIX, 309, i. Quid anagogico libamina significent, otquid tropologice, 11, 271, i.

LIBANÜS. I0 Libani quid sit etymon, unde sic dictus, III, 6, 1 ; Vili, 60, 1 ; XIV, 484,2. Libanus undo situs, VIII, 60, 1 ; XI, 409, 1. Libanus erat terminus Judææ, el initium Gentium versus Aquilone, XIV, 148, 2; 484, i. Libantis et Antilibanus idem mons, III, 6, 1. Libanus Judæorum ditionis erat, atque inde varia Hierosolymam deferebantur, XI, 455,2. Erat Judææ principium, murus et antemurale, 466, 2. Libanus duplex, hinc in Scriptura aliquando in bonam, aliquando in malam partem accipitur, XI, 253, 2. In Libano non est transfiguratus Dominus, XV, 381, 1.

2° Libani proventus el fertilitas, XI, 409, L Libanus fert vinum præslantissimum, odoratum, et vim suam diu retinens : botri e quibus id exprimitur ingentes sunt, XIII, 472, 1, 2. Ipse mons situs in regione calida, frugifera et montosa, *ibid.* Arboribus prestantissimi* abundabat, IX, 633, 1 ; X, 309, 1. Olim cedris abundabat, jam pene iis caret, 617, I. Libanus capitur interdum pro thure, quia thure abundans erat, 471, 1. Unde dictus est thuris ferax, IX, 646, 1. AfCovo;, id est thus, vd arbor thurifera, ab hcbræo *lebona* deducitur, IX. 646, ! ; X, 309, 1. E Libano ligna pro templo Salomon succidit, cl Zorobabel et Judæi pro ejusdem restauratione, XIV, 325, 1.

3° Libani nomine vocatur Jerusalem et Judæa, cur, XII, 625, 2. Aliquando capitur pro Jerusalem, XII, 171 1; XIV, 484, I, 2. Per eum aliquando templum designatur, XIV, 484, 1, 2. Ei Ecclesia assimilatur, XI, 409, I ; IX, 646, 1 , X, 309, 1. Cur Gentes significet, *ibid.* In Libano sedere est opti* lentér vivere. XII, 177, 1, 2.

LIBELLA. Libella seu perpendiculo cur architecti utantur. XIV. .369. 1.

LIBELLUS REPUDII. Libellus repudii Judæis permissus erat ; is solvebat matrimonium. IX, 692, I; X, 368, 1. Libellus repudii permissus tantum fuit a Moyse, non preceptos, XV, 420, 1, 2. Per cum aliam uxorem ducere licebat, *ibid.*

LIBER Liber unde sic dictus, IV, 522, I. Liber cur dictus sit repertor vini, VI, 480, 1.

LIBER. I0 Libri *vox quotuplici tensu ab Hebræis accepta.* Liber Hebræis idem etiam sonat quod catalogus, I, 125, 1. ; XV, 53, i. Quis sit liber gonorationis Jesu Christi, 53, 2.

• 2* *Librorum forma apud Hebrxos et veteres qux esset.* Libri Ilebræorum qualos essent, VI, 250, 1, 2. Libri veterum pellicei erant et convolviles io cylindrum , ex variis membranis consuti , XI, 448, 1 ; XII, 517, i; XVI, 102, !; XIX, 454, 2 ; XXI, 117, f ; 121, 1; Í36, L Quomodo paginas habere dicantur, XH, Ì55, 1. Etiam in usu erant libri quales nostri per paginas distincti, tfttd. Libri olim cedri succo cur illinerentur ct inungerentur, IX, 634; XH, 724, 1. Libros æstimabant veteres numero versuum, non capitum ; versus constabat sex dictionibus, XIII, 253, i. Libri multi sacri el profani periero, XIII, 641, i.

3° *Libri boni quam situes.* Libri sunt optimi consiliarii, X, -51, 2 : *A consiliario serva animam tuam. Prius scilo guj sil illius necessitas.* Libri runt doctores muti et oblivionis medicamentum» *Job,* 208. 2 ; 209, 1 : *Interroga generationem pristinam, el diligenter investiga patrum memoriam. Hesterni quippe sumus, et ignoramus quoniam sicul umbra dies nostri sunl super terram. Et ipsi docebunt te ; loquentur libi, el de corde suo protreni eloquia.* Libri libere monent reges et principes, XXI, *101, 1.* Librorum piorum lectio vel auditio ossa impinguat, V, 475, 2 : *Lux oculorum l&lifieat animam; fama bona impinguat ossa.* Libros sacros legere quam sit utile, XVII, 205, f *(Vide* Scriptura sacri). Librorum plurium commoda, VII, 409, i, 2.

4° *Librorum malorum lectio fugienda.* Librorum multorum incommoda, VII, 409, 1 : *Faciendi plure* libros nullus est finis.* Libros antequam edantur, examinari voluit Plato, XIX, 289, 1, 2. Libi i hæretici non sunt legendi, vetanto Apostolo et Conciliis, 144, 2 : *Omnia autem probate, quod bonum est tenete;* 289, 2: *Profana autem et vaniloquia devita : multum enim proficiunt ad impietatem, ct sermo eorum ul cancer serpit.* Eos legentes incurrunt censuras ecclesiasticas, 289, 1. Libri hæreticorum quam noxii, et fugiendi ut pestes, XX, 637, 1 : *Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis.* Libri haereticorum sunt velut Ignis, eorum lectio quam sit noxia, V, 179, 1 : *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant ? aut ambulare super prunas, ut non comburantur plant* ejus ?* Libris impiis nihil detestabilius, 282, 1 : *Memoria justi cum laudibus ; et nomen impiorum putrescet.* Libri magici, mathematici et hæretici comburendi sunt, XVII, 356, 2 : *Mulli autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, et combusserunt coram omnibus.*

5® *Liber legis apud Hebraeos.* Liber legis in lustrationibus Moysis cur sanguine aspergeretur, XIX, 443, 2. Liber legis tempore Josiæ est inventus, IV, 81, 1, 2. Exemplaria libri legis extabant mulla apud Judæos, *ibid.* Per librorum legis expansionem qui intenderent Judæi, IV, 427, 2 Liber *Deuteronomii* militibus ad bellum euntibus legi solitus, 638, 1. In cujus libri capite de Christo sit scriptum, <\IX. ¡55, 1.

6* *Libri de quibus in Scriptura mentio fit el quæ non extant.* Liber bellorum Domini quis fuerit olim quem citavit Moyses, II, 306, 2. Quis liber dictus ascensio Moysis, II, 536, 2. Liber justorum intercedit, III, 63, 2. Liber Henoch olim extitit purus, sed postea corruptus est, XX, 677, 2. Quos errores contineat, *ibid.*

7 Libri canonici Scripturae.* Primo. Libri canooHsacræ Scripture duplicisgeneris sunt, IX, 15,1; XX, 496 I Libri omnes Scripturae unus liber sunt, IX, 341, L Libris suis scriptores sancti nomon non prwflgebant, X, 548, 2.

Secundo. *Liber Josué.* Cur liber hic inscribatur *Josué.* III, I, i. An liber hic sit canonicus sacræ Scriptura, *ibid,,i.* Quis sit libri auctor, *ibid.* Qu» sit libri hujus materia et argumentum, 2, 2. Quot annorum gesta hic libor complectatur, 3, 1. Libri Josué interpretes, 3, 2 *(Vide* Josué).

Tertio. *Liber Judicum.* Cur hic liber *Judicum* dicatur, III, 109,1. Canones libro Judicum proprii, III, 1, 2. (W<fc Judices).

Quarto. *Libri*/legum.* Librorum Regum ordo cum aliis Scripturis, III, 250, 1, 2. Utilissime leguntur a principibus, 251, 1. Eorum auctor, *ibid.,* 2. Libros Regum an scripserit Jeremías, XII, 1, 1.

Quinto. *Libri Esdrx.* Liber primus Esdræ et Nehemiæ sunt protocanonici, cur, IV, 199, 2. Tobiæ vero, Esther, Judith et Machabæorum deuterocanonici, *ibid.* Tertius et quarius Esdræ sunt apocryphi, 200, 1 ; 261, 1, 2. Liber Nehemiæ cur dicatur secundus Esdræ, 200, 1. Libri primi Esdræ auctor est Esdras, secundi Nehemias, *ibid.* Liber quartus Esdræ a mullis SS. Patribus subinde cilatatur quasi canonicus, IV, 201, i. Nihilominus est est apocryphus, *ibid.,* 2. Liber primus Esdræ continet libcralionem Judæorum e Babyloneper Cyrum. Nehemiæ reædificalionem Jerusalem, *ibid.,* I. Liber tertius Esdræ majoris est auctoritatis quam historia Livii, Sallustii, etc., 262, 1. Curaliquieum asserant canonicum tertii ordinis, *ibid.* De quarto plus est difficultatis, variaque contra ejus auctoritatem objiciuntur, *ibid,* et 2. Non est Thalmudicus, 263, 2. Cur ei etiam sua videatur concedenda auctoritas, *ibid.* Fuit scriptus ante *Apocalypsim* S. Joannis, qui ad eum alludit, 264, 1. Quis ejus sit auctor, incertum *ibid.,* 2. Fuit scriptus in captivitate Babylonica. 263, 2.

Sexto. *Liber Tobiæ.* Liber Tobiæ licet olim habitus sit aliquibus Patribus pro non canonico, jam tamen est canonicus, IV, 265, 1. Ejus argumentum, *ibid.,* 2. Est historia, non comœdia, chaldaice scripta, *ibid.,* 266, 1. Idque in Assyria, *ibid.* Quis sit ejus auctor, *ibid.* Quinam in hunc scripserint, *ibid. (Vide* Todias).

Septimo. *Liber Judith.* Liber Judith est canonicus, chaldaice scriptus, IV, 313, 1. Ejus argumentum et partes *(Vide* Judith).

Octavo. *Liber Esther.* Libri Esther materia, IV, 357, 1. Auctor hujus libri quis sit, an sit Mardochæus, IV, 358, 1, 2. Libri Esther interpretes, 359, 2 *(Vide* ESTBtR)»

Nono. *Libri Machabæorum.* Liber primus et secundus Machabæorum apud Hebræos non sunt canonici, cur, IV, 403,1. Neque tertium et quartum ul canonicos admittit Ecclesia, *ibid.* Libri primi quis sil auctor, *ibid,* el 2. Item secundi, *ibid.,* 484, 2; 506, 2; 556, 1. Utriusque idem est argumentum, 403, 1, 506, 2 Liber primus complectitur

gesta annorum circiter scxaginla, IV, >03, 2 (terquo oxtitit hebraico, *ibid* , 2. Librorum Machabæorum ordo et connexio, 409, I, 2. Libri Machabæorum non censentur inter hagiographos, sed inter historicos, X, 179, 1; 572, 2. Libor tertius non est canonicus, habet tamen suam auctoritatem, IV, 568, i. Ordino chronologico ponendus foret ante primum, *ibid.* Ejus argumentum, *ibid.* Quo sensu S. Clemens eum canonicum nominet, t6td.,2. Libri quarti argumentum, 569, 1, 2. Est incerti auctoris, *ibid.*

Decimo. *Libri Salomonis.* Libris tribus ProoerMtf, *Ecclesiaste, Cantico canticorum,* Salomon sapientiam suam tradidit, VI, 164, 2. Librorum trium Salomon argumentum, V, 1, 2. Iidcm mystice explicati, 2. Eorum ordo quoad scriptionem, 6, 2.

8® *Libri apocryphi de quorum auctore dubitatur.* Liber *infanti# Salvatoris* fabulosus et mendax, est ab haereticis confictus, XVI, 332 I; 179, I. Liber *Pastoris* cur inter apocryphos numeretur, XVII 375, 2.

9® *Libri SS. Patribus vel scriptoribus ecclesiasticis assignati dc quibus dubium exislit.* Libri *de Locis hebraicis* auctor est Eusebius, non S. Hieronymus, IL 44, 2, 2. Liber in *Job,* an sit proprie Origenís, XII, 523, 2. Liber *Questionimi* Novi el Veteris Testamenti, an sit S. Augustini, V, 392, 2 Liber *Hypognosticon* an sit ejusdemS, Doctoris, X, 324, 2. Item liber *de Spiritu et Animo,* 373,2 Item liber *dc Mirabilibus sacror Scripture,* XX, 443.2. Liber *de Sina et Sion,* an sil S. Cypriani, *ibid.* Liber *de Ordine vitor,* an sil S. Bernardi, X, 154, 2. Liberete *Panitentia* quis sit auctor; videtur Victoris Carlcnnæ episcopi, IX, 179, 2. Liber præcipuus S. Bonavenluræ qualis, VII, 555, 2 el seq.

Liber memori® summi pontificis quis sit, XIV, 603, I.

Liber expensarum debel esse clarus, et non obfiiscalus, X, 360, 1.

10® *Libri vocis symbolica acceptio.* Primo. Liber divinitatis mundus dictus est a S. Antonino, XIV, 509, 2. Liber memori® Dei est liber vilæ et cœli. XIV, 602, 2.

r *Secundo.* Liber significat Dei mentem, voluntatem et decretum, XIII, 413,2. Libor vilæ quid sit, I, 729. 1, 2. Liber vitæ est ipse Christus, ejusque vita, XIII, 95, 1, 2. Liber vilæ idem est quod distincta Dei praescientia, memoria, prædeslinatio, XVI, 149, 1. Est duplex vit® liber, unus perfectus et completus, alter conditionalus, 149, 2. Liber vilæ est catalogus prædestinalorum ad vitam alternarci, XVIII. 24. 1; XIX, 59. I. Ineo quis dupliciter scribi dicitur, XIX. 59, i. Do libro vita* diversimode quis deletur, XXI, 70, I. In eo dupliciter sancti scribuntur, *ibid.* Is quis dicatur, 359, 2. Liber vilæ et mortis el in Deo, quomodo, XII, 518,2. Quis sit liber mortis Deo, XIX. 59, I. Liber triplex est in Deo, XII. 518, 1. Liber triplex est >n judicio Dei, XIII. 94, 2. Librum compuluumcuiu Deo quisque habet. XIX 67. 2. Libri aperti in judicio pandendi qui sint, XXI, 358, 2 el seqq. Libri aperti in judicio Dei quid significent. XIII, 92,2 (*Vide* Judicium). Liber viventium el justorum quis dicatur. *Psalm.* 1, 450. 1. Libro cœlitus accepto consecrabantur aliquando prophetae et doctores. XII, 517, 1.

Liber signatus quem vidit Joannes, fuit involutu* ul mappa geographica, XXI, 117, 1. Liber obsignatus erat symbolum antiquitatis, XIII, 173, 2. Liber signatus quem vidit Joannes an fuerit signatas arcanis characteribus, XXI, 118, 1. Quid per eum inlelligatur, 1 etseqq. Esta suis sigillis distinguendus, *ibid.* Ipse est apocalypsis cum mysteriis et oraculis in Dei præscientia contenta, 120, 1. Quid in eo contineatur, *ibid.* Non poterat legi nisi reseratis omnibus sigillis. 120, 2 Quomodo esset scriptus intus étions, 121, 1. Sensim est ab Agno apertus, 127, 1. Ob eum reseratum omnes angeli et creaturæ Deum laudarunt. 133, 1; 134. 1, 2. Eo graviora mala continebantur, quam sigillis. 221, i. Nec eadem erant, hinc Joannes lam vidit librum apertum, quam sigilla reserata, 219, 2.

LIBER. LIBERTAS, LIBERUM ARBITRIUM. N. B. Multiplex libertas distinguitur; *prima,* libertas naturæ, quæ opponitur necessitati naturali, facitque liberum arbitrium; *secunda.* Ubertas moralis, quæ opponitur peccato, facitque justum et sanctum ; *tertia,* libertas spiritualis ex perfecta charitato quæ foras mittit timorem ; *quarta,* coelestis quæ opponitur morti et aerumnis hujus vilæ, facitque beatum; quinfa,Ubertas civilis, quæ opponitur servituti civili mancipiorum, XVUI, 114. 1, 158, 2; *setta,* libertas politica, quæ est potestas jura sua exercendi illæsis altorum juribus. De hac ultima libertate nihil fere hic dicendum.

LIBERTAS DEI (I7<fe Ommpotextia).

I. LIBtRTAS NATURÆ SCU LIBEAUM ARBITRIUM.— i® *Quid sil libertas.* Libertatis origo e>l facultas consultandi el eligendi bonum vel malum, IX, 448, 1 et seq.: *Deus ab inilio condiluii hominem, et reliquit illum in manu consilii sui.* Libertas omnis est in voluntate, el a voluntate. XX. 57, 2. Per ipsum fit ul non agamus ut bruta. XVIH. 24.2. Per Uberum arbitrium licent quæ expediunt. 293.2. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*

2® *Deus hominem libertate prxditum creavit,* I, 74, 1 ; IX, 448, i. Homini vix creato fieus dat praeceptum ut probet obsequium, imponit legem ut exploret hominis voluntatem, et in eo quis erit libertatis usus, I. 90, 2. Postquam mandatum præterieril multiplex homini pœna infligitur, ex qua necessario hominem fuisse liberum educitur > lu' I; los. I, 2.

3® *Post lapsum Adx>, liberum arbitrium homo nullatenus amisit.* Libcruni arbitrium probatur, I, 116, 2 : *Quare iratus es et cur concidit facies tua* (dixit Dominus ad Cain)? Yonne s *lune egerie recipies; sin autem male, stati* h *in ¡\>. ibus¡ tccatum*

aderit' sed sub (c erit appetitus ejus, el tu dominaberis ÜHus; II, 508. 2; 509, 1 : *Testes invoco hodie, cfrlum et terram* (ait Moyàes ad filios Israel), *quod proposuerim vobis vitam el mortem, benedictionem et maledictionem. Elige ergo vitam, ut el tu vivas, el semen tuum,* etc.; V, 126, I : *Dirige* (hebraico. po/Zes, id est *libra) semitam pedibus luis,cl omnes vir tu.T stabilientur. Ne declines ad dtxlcram, neque ad sinistram, averte pedem tuum a malo;* V, 128, 1 ; 488, 1, 2; IX, 451, 2; 452, 1, 2: *Apposuit tibi ignem el aquam ; ad qiiod volueris, porrige manum tuam. Ante homitum vita el mors, bonum el malum, quod placuerit ci dabitur illi;* X, 118, 1 : *Qui probatus est in illo, cl perfectus cst, erit illi gloria ¿eterna; qui potuit transgredi el non esi transgressus, facere mala cl non feed;* XI, 114, 2: 5i *volueritis, cl audieritis me, bona lerræ comedetis. Quod si nolueritis, cl ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit cos, quia os Domini locutum est;* XII, 95, 1 : *Scio, Domine, quia non cst hominis via ejus, nec vin est ut ambulet, el dirigat gressus suos.* Ostenditur contra Calvinum liberum arbitrium ex his verbis non tolli, *ibid.;* 637, 2 : *Projicite a vobis omnes prævaricalioncs vestras, in quibus prevaricali eslis, cl facile vobis cor novum, cl spiritum novum, cl quare moriemini, domus Israel ?* Liberum arbitrium contra Calvinum astruitur, XVIII, 401, I : *Gratia autem Dei sum id quod sum, cl gratia eJus in me vacua non fuit, sed abundanlius illis omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mccum;* XIX, 285, 2. Liberum arbitrium cur sit rex, VII, 208. 2 : *El insuper universx lerræ rex imperat Srrvienti.* Libertatem actus non tollit consequens necessitas, XVII, 95, 1, 2. Quomodo liberum arbitrium cum praescientia concordet, *ibid.* Libertas hominis in rebus agendis non repugnat præscienliæ Dei, XV, 24, 2. Liberum arbitrium tollit Calvinus, XVIII, 125, 1 : 432, 1. Liberi arbitrii sextuple* dignitas, IX, 452, 2.

4* *Liberum arbitrium gratiæ Dei cooperatur.* Liberum arbitrium non excludit gratiam Dei, IX, 451, 1. Liberum arbitrium ex se quidem est insufficiens, aliquas tamen habet vires, si a gratia praeveniente roboretur et adjuvetur ; ct vires naturales ad bonum, XVHI, 432, i, 2: *Non quod sufficientes simus esitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo cst.* Liberum arbitrium non est initium salutis, V, 242, 2: *Qui me Invenerit, invenid vitam, el hauriet salutem a Domino ;* 480. 2 : *Dominis est animam preparare, et Domini gubernare linguam.* Gratia non prædelerniinal liberum arbitrium, XIX, 33, 1, 2: *Deus est enim qui operatur in vobis d velle et perficere i pro bona voluntate.* Sed illum adjuvat ut bonum eligat el operetur, 81,2: *In quo* (Christo) *d laboro, certando secundum operationem ejus, quam operatur in me in virtute.* Liber amplexus gratiæ est quædam gralia, XV1D, 188, 1 *(Vide* Gr at ia).

5* *Quomodo libero arbitrio uti debeamus.* Liberiate sua debet homo uti ad bonum, IX. 453, I.Est ad bonum convertendum, *ibid.* Liberum arbitrium eligendorum in causa est ut certa sit, aut non sit eorum electio cI vocatio, XX, 421,2 ; 422. i : *Quapropter, fratres, magis satagite ut per bona opera certam vestram vocationem cl electionem faciatis.* Id negant Calvinista*, 284, 2 *(Vide* Deus, cap. III, art. m. s

II. Libertas moralis et spiritualis, seu Libertas CHRISTIANA. — Quadruplex libertas allata a Christo : *prima,* libertas ab onere legis veteris quam abstulit Christus per libertatem Evangelii; *secunda,* libertas a jugo peccati per libertatem justitiae; *tertia,* libertas a dominio concupiscentias per libertatem spiritus, ac dominium charilatis et gratile; *quarta,* libertas a morte el mortalitate per libertatem resurrectionis et gloriæ, XVI, 445, 2 : *Dicebat ergo Jesus ad eos, qui crediderunt ei, Judaeos : Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, ct cognoscetis veritatem, d veritas liberabit vos.* Libertatem qualem suis det lex evangelica, XX, 87, 1 : *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, d permanserit in ca, non auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit ;* 115, 1, 2 : *Sic loquimini. d sic facite, sicut per legem libertate incipientes Judicari.* Libertas Christiana a quibus nos eximat, XVIII, 25, 2 et seq. Hæc in duabus rebus sita est; *primo,* quod amore ot spiritu nos ducit ad serviendum Deo cI legi ; *secundo,* quod nos docet Deum in spiritu verilatequo colero, XVIII, 558, 1. Libertatis spiritu aguntur filii Dei, *Job,* 201,2; XVIII, 435, 2 ; 436, 1 : *Dominus autem Spiritus est; ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.* Libertatis optimus usus est usus vene servitutis, IX, 155, 1 *: Qui serviunt ei* (sapientiæ) *obsequentes erunt sancto.* Libertatem a lego Christianis quam dant Novantes, XVIII, 532, 2: *Ego enim per legem legi mortuus sum.* Libertas a logo est occasio peccati, 564, 2 : Pos *enim in libertatem vocati eslis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis.* Libertas absoluta a lego noxia est. VIt 112, 2 : *Tene disciplinam, ne dimittas eam, custodi illam, quia ipsa est vita tua.* Libertas vitæ fuit causa hæreseos, XVI, 387, 1 : *Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.* Libertas summe mulieribus placet, IX, 691, 1 : *Non des aquæ lux exitum, nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi.*

III. Libbr tas civil is. — Libertas est vita moralis el civilis, XIII, 363, 1. Libertas præslal omnibus deliciis ct opibus, X, 81, 2; 82. 1. Liberi homines cur dicanlur *animæ,* servi yero *corpora,* XXL 329, L Ad libertatem aspirat servus otiosus, X, 186, 2 ; 187, I : *Operatur* (servus) *in disciplina, el quxril requiescere, laxa manus illi, d quæril libertatem.* Libertate utendum servo si fieri possi* liber, XVIII, 310, 1 : *Servus vocatus es ? non sil*

HMctrrz; *ted et si poles fieri liber, magis utere.* Quis liber voro sil, VI, 1 Ut 2. Libertatis symbolum, VII, 335, 2 *(Vida* Ser vit us, Ser vus).

IV. Liber t as in ar guendo pecc ant es. — Libers arguuntur peccatores a sanctis, III, 649, 1 : *El ille* (Elias) *ait* (ad Acheb) : *Non ego turbavi Israel, sed tu, et domus patris lui, qui dereliquistis mandata Domini, ct secuti estis Ilaalim.* Libertas arguendi regem in sacerdotibus, IV, 179, 1, 2: *Slatimquc ingressus post cum Asarías sacerdos, et cum co sacerdotes Domini octoginta viri fòrtissimi, restiterunt regi, atque dixerunt: Non cst lui officii, Ozia, ut adobas incensum super altare thymiamatis, sed sacerdotum..... qui consacrati sunl ad hujuscemodi ministerium.* Libertas insignis increpandi in Prophetis, XII, 179, i : *Hxc dicit Dominus: Scribo virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat super solium David, et potestatem habeat ultra in Juda.* Libero debent prælati el sacerdotes arguere peccantes, XII, 735,2: *El tu, fili hominis, speculatorem dedi (e domui Israel; audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis cis ex nu* , XIV, 572, I : *Lex ventatis fuit in ore ejus.* Libertas confessario principis in coarguendo est necessaria, XII, 664, 2 : *Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes pr&dam ad effundendum sanguinem. Prophelx autem ejus Iiniebant eos absque temperamento.* Libertas qualis deceat consiliarios, XXI, 101, 1 *(Vide* Cor r ect io, Cor r ept io, Sacer dot es).

LIBERALIS, LIBERA LITAS. I- *Qux sint liberalilalis signa et quos maxime deceat liberalità*.* Liberalis promissa hberahter præstat, V, 528, I : *Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentions.* Liberalis adeo aliena non appetit, ut sua elargiatur, VI, 121, 2; *Tota die concupiscit cl desiderat, qui autem justus cst, tribuet ct non cessabit.* Liberalior quis sil inter æque divites, et inler inæquales, XV HI. 471, It Si *enim voluntas prompta est, secundum quod habet accepta est, non secundum quod non habet.* Liberales sunt divites De», *Job,* 534, 2. Libéralités quomodo est simplicitas, XVIII, 207, 2: *Habentes aulem donationes secundum graliam. qux data est nobis, differentes.* Liberalilas propria principimi est virtus, V, 675, 2 : *Donum hominis dilatai viam ejus, et ante principes spatium ei facit;* VI, 7, 2; IX, 46, 1; X, 132, I, 2: *Splendidum in panibus benedicent labia mullorum, cl testimonium veritatis illius fidele.* Liberalilas regia virtus est ac divina, *Psalm.* II, 455, 1, 2. Liberalilatis profusæ apologus, VII, 54, 2 cl seq.

2 Liberales nos esso oportet erga Deum liberalem, XX. 37, 1, 2 ; *Dat* (Deus) *omnibus affluenter, el non improperat.* Liberalilas Dei omnium bonorum causa, *Psalm.* H, 455, 1, 2 : *Oculi omnium in (e sperant. Domine, cl lu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis fu manum tuam, et imples omne animal benedictione.* Libéralités eximia Dei in pœnitentes, *Job. 206, 1, 2 : Si mundu* et rectus incesseris, sltitim evigilabit ad te. et pacatum reddet habitaculum justilix (ux, in tantum, ul si priora fuerint parva, et novissima tua multiplicentur nimis.* Liberalitale a suis vinci non sinit Deus, XIV, 599. 2: *Inftrle omnem decimam in horreum, et sit cibus in domo mea. el probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas certi, et effudero vobis benedictionem usque ad abundantiam.* Liberalitatem Dei nemo vincet, XIX, 68, 1 : Aon... *qusero dolum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra.*

3 Liberalitalis effectus et fructu*. Primo.* Liberalitas dant in delectat, X, 220, 1 : *In omni dato hilarem fac vultum tuum, el in exaltatione sanctifica decimas tuos.* Liberalis hic et in futuro felix est, IX, Î 48, 2: 149, L

Secundo. Liberalis sua dando non fit pauperior, V, 335, 2 : .4/ii *dividunt propria, el ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, et semper (n egestate sunl;* VI, 150, 1. Liberalibus Deus opes dat ad exercitationem humanitatis, XIV, 339, 1. Liberalis est fortis el validus apud Deum, X, 67, 1.

Tertio. Liberalilas de inimicis amicos facit, XIV, 489, 1. Mater est concordiæ, IX, 670, 1. Liberalilas mullos habet amicos, VI, 2: *Divitix addunt amicos plurimos;* 7, 2: *Mulli colunt personam potentis, et amici sunl dona tribuentis;* 109, 2 et seq.: *Munus absconditum extinguil iras, et donum in sinu indignationem maximam.* Omnes liberalem amant, 8, 2. Liberalilas magnae est efficacia} ad animos molliendos, M, H0, 1; 132. I. Liberalis meretur ad principatum evehi, VI, 7, 2. Etiam optimates eum rogant, *ibid.* Dando munera potenti, ejus iras avertit, 109, 2.

4« *Liberolitalis exempla.* Liberalilas Xehemiæ in cives suos, IV, 242, 1. Item Tobiæ senioris, 269, I (Fit/r Dat um, Donum, Munì.ha).

LIBERALIS (S.). S. Liberalis fuit in pauperes effusus, el miracula plurima patravit, VI, 149, 2.

LIBERATA (S.). S. Liberata martyr, alio nomino dicta 44 ilgeforlls, X, 5”»7. 1. 2.

LIBERARI’, LIBERATIO. Liberatio Judæorum e Babylone fuit ty pus liberationis hominum per Christum e servitute peccati, diaboli el inferni. XIV, 199. I ; 262, L Quando illa facta sil, 242, 2. Liberatio urbis Ilierosolymæ et generis humani a tyrannide diaboli inter se comparantur. XL 191, 2.

Liberandi captivum aliquem in Paschale undo mos ortum habüeril apud Judæos, XV, 602, i.

UBERATIS ABBAS. Liberatus abbas cum sex monachis in Africa, quam fuerit constans in fide catholica contra Arianos ct Ilunericurn regem luenda; eorum horrenda supplicia, XII, 570, 1.2.

LIBERI. Liberi sunt dona Dei, I, 113, 2. Liberorum copia csl benedictio Veleris Testamenti, *Job,* 2. Liberi sunt possessio parentum, 10, 2. Liberi in-

fames et inhonesti dedecorant parentes, \ .547, i *(Vide* Fil ius).

LIBERIUS (S.). S. Liberii ad S. Marcellinam, S. Ambrosii sororem, concio, XI, 660, 2.

LIBERIUS PAPA. Liberius Pontifex admittere noluit hæreticorum munera, XX, 636, 2. Aurum ab imperatore oblatum in exilium abiturus recusavit, II, 331, I ; XIII, 71, I. Ejus responsum libe- rum in repudiando arianismo, XIII, 40, 2.

LIBERTI. Liberti erant binomines, XVII, 403, 1.

LIBERTINI. Libertini Judæi qui dicerentur, XVII, 166, 2,

LIBERTINUS (S.) S. Libertinus Agrigentinus episcopus quando vixerit, XVII, 439. 1.

LIBERTINUS MONACHUS. Libertini monachi patientia, XX, 301. 1.

LIBERTINUS, LIBERTINI. Libertini cupiditatem suam ad omnia extendunt, VI, 97, 1, 2. Libertini negant judicium et omne numen, XX, 474, 1. *Venient in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes. Dicentes: Ubi est promissio, aut adventus ejus ? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab inilio crcalurx.* Libertinorum nimia licentia refutatur, XVIII, 231, 1. Libertinus quidam quo argumento convictus sibi persuaserit Deum esse vindicem malorum, praemiatorem bonorum, XIII, 586, 2.

LIBERTINORUM SECTA. Libertinorum quæ et qualifiait secta, XX, 465, 1, 2. Confutantur circa peccati conscientiam, XVIII, 326, 1. Falluntur in alia fide quam Romana salutem spondendo, 623, 2.

LIBIDO, LIBIDINOSUS, LUXURIA, LUXURIOSI. 1® VAREE VOCIS LUXURIÆ ACCEPTIONES in Scriptura. — Luxuria sæpe pro lascivia capitur, XX, 459, 2. Luxuria non tantum rem Veneream, sed et luxum conviviorum significat, XVIII, 658, 2 : *¡Volite inebriari vino in quo esi luxuria,* XX, 459, 1 : *Hi vero..... voluptatem existimantes diei delicias : coinquinationes et maculx, deliciis af/luentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum.* Luxuria omnem luxum significat, VI, 43. 2 ; XVI, 206, 2 : *Et ibi dissipavit substantiam suam livendo luxuriose.* Luxuriari in Christo quid sit, XIX, 242, 1 : *Adolescentiores autem viduas devita, cum enim luxuriates fuerinl in Christo, nubere volunt.*

II. Quid sit libido et luxuria, earumqub species et gradus. — Libido pathica quæ sil, XVIII, 53, 1. Luxuriæ tres species, IX, 604, 2 : *Duo genera abundant in peccali*, el tertium adducit iram el perditionem. Anima calida quasi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid glutiat. El homo nequam in ore carnis sux, non desinet doñea incendat ignem.* Luxuria est velut ignis, V, 175, 2: *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant ?* 178, 1,2; IX. 284, i : *Propter speciem mulieris multi perierunt, el ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit,* 604, 2 ; XX, b85, 2 : *Et hos qui* dem arguite judicatos : illos vero salvate, de igne rapientes.* Luxuriæ gradus novem. II, 402, 1. Symbolice lectus luxuria» quis et quantus, *ibid.* Libidinis tantalio in Paulo fuit stimulus carnis, XVIII, 503, 2elseqq. : *Ne magnitudo revelationum extollai me, datus est mihi stimulus carnis mex angelus Satanx, qui me colaphizet.* Hunc stimulum carnis non indignum fuisse Paulo, ostenditur contra Erasmum et Fabrum, 504, 2.

III. Luxuriæ characteres et libidinosorum indoles. — 1* *Libido carnalis est inter concupiscentias vehementissima,* V, 66, 1. Totam animam ad se rapit, *ibid.* Ejus titillatio neminem non invadit, VI, 57, 1. Libidinis potentia, IV, 190, 2. Sanctissimos et fortissimos domuit, V, 267, 2.

2® *Libido est exea el amens,* I, 229, 1 : *Et ecce miserimi manum viri, et introduxerunt ad se Loi, clauserunlque ostium, et eos qui foris erani percusserunt excitate a minimo usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent,* V. 180, 1 : *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam.* Est senex, fatua, adultera, IX, 672, 1. Lucifuga est, et tenebras quærit. V, 188. 1.

3° *Luxuria est impudens,* IX, 598, 2. Luxuriosus pro Deo suam luxuriam habet, VI, 435, 2.

4® Luxuria est insatiabilis æquo ac fastidiosa et curiosa, IV, 370, 2. Non saliatur usu, VI, 443, 2 ; 444, i. Non exlinguilur ipso actu venereo, XIII, 379, 1 : *Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus a coquente : quievit paululum civitas a commixtione fermenti, donec fermentaretur totum.* Per os vulvæ denotatur VI. i *.Sanguisuga dux sunl filix dicentes : A(fer, affer. Trio sunl insaturabilia, el quartum quod nunquam dicit : Sufficit : Infernus et os vulvæ, ct terra qux non satiatur aqua ; ignis vero nunquam dicit : Sufficit.* Est sanguisuga, 444, 1. Est inexplebilis, IX, 598, 1 : *Aufer a me ventris concupiscentias, et concubitus concupiscenlix ne apprehendant me, et animx irreverenti et infrunitx nc tradas me.* Luxuria et avaritia sunl duæ filiæ diaboli semper insatiabiles, XIII, 379, 1. Libido una infiammai aliam, 527, 2 : *Qui se jungit fornicariis erit nequam: putredo et vermes hxreditabunt illum; et extolletur in exemplum majus, et tolletur de numero anima ejus.* Libido est incessabilis, XX, 460, 2 : *Oculos habentes plenos adulterii, et incessabilis delicii.* Ejus strepitus et inquietudo, V, 263, 2.

6® *Quibus rebus luxuria assimiletur.* Luxurie per caput canis significatur, III, 443, I, 2. Luxuriæ deditus recle comparatur cani, II, 482, 2; V, 196, 2. Libido et libidinosi urso comparantur, XIII, 88, 1. Libido hircorum quibus etiam luxuriosi significantur, 101, 1. Luxuriosi onocentauris assimilantur, XI, 452,2. Libidinosum veteres designabant pingendo mulum vel mulam. IV, 294. 1 2:

7/í *namque , qui conjugium ita suscipiunt, ul Deum a se cl a sua mente* **excludant,** *et sux libidini ita vacent, sicut equus el* **mulus,** *quibus* **non** *esi* **intellectus** *: habet potestatem* **damonium super** *eos.* Luxuriosi sunt similes ranis ob quatuor analogias, I, 502, **I.** Luxuriæ schema est basiliscus, XIV, 370, **2,** Luxuriosi post mortem sæpe apparuerunt specio asini XII, 669, 2 : *El* **insanivit** *Iibidine super* **concubitum** *eorum, quorum* **carnes** *sunl ut carnes asinorum; el sicut fluxus* **equorum,** *fluxus* **eorum.** Libido erucæ **assimilalur,** XIII, 484, 1. Tropologico per lepram carnis denotatur, II, 88, 2. Ejus lentalionos significantur per Amalee, 1,588, 1. Libidinosorum typus sunt Ammonii®, XIII, 548, 1. Libido per Euphratem commode designatur. XXL 30L 2

6« *Luxuria* **quadam** *exempla.* Libido exeerabilis Diogenis cynici, III, 503, 2. Quantum luxuria grassaretur apud Persas et Assyrios, IV. 334, 2. Quam mulli philosophi Iibidine pathica et infami laborarunt, XVIII, 53, 1, 2.

III. Luxur i.e caus.e. — 1® *Libido est superbis, filia* IX, 190, 2. Est pœna arroganti®, XIII, 354, 1 : *Spiritus fornicationum* **in medio eorum, el Dominum non cognoverunt. Et respondebit arrogantia Israel in facie ejus.**

2° *Luxuria est pœna* **hæresis** *et* **superbia;** Vi, 157, 2 : *Fovea profunda os* **aliena; cui** *iratus* **est** *Dominus, incidet in eam;* XIII, 354. **i;** XVIII, 541, 2 : *Similiter autem el masculi.....exarserunt in desideriis suis invicem..... mercedem, quam oportuit, erroris sui insemetipsis recipientes. El sicut non probaverunt* **Deum habere** *in notitia,* **tradidit illos** *Deus* in *reprobum* **sensum,** *ut* **faciant** *ea qua* **non conveniunt.** Libido fructus idololatriae et hæresis, 111, 630, 1 ; XVIII, 54, 1, 2. Sequitur plerumque idololatriam et hæresim, XII, 669,2. Libido comes falsæ religionis et hæresis, VI, 414, 1.

3« Luxuria filia gulæ et ebrietatis, III, 277, 1 ; VI, 43, 2 : *Luxuriosa res vinum, cl* **tumultuosa** *ebrietas;* **quicumque** *his* **delectatur, non** *erit sapiens;* 209, 2 et seq. : ***Ne intueris vinum, quando flavescit. cum splenduerit in vitro*** *color* ***ejus; ingreditur blande,*** *sed in* ***novissimo mordebit ul coluber, cl sicut regulus venena diffundet.*** *Oculi tui* ***videbunt extraneas, cl cor*** *tuum* ***loquelur*** *perversa.* Monstrum luxuria sine gula haberetur, IV, 365, I : ***Cum rex esset hilarior, ctposl nimiam*** *potationem* ***incaluisset*** *mero,* ***prxeepit.....*** ***ul introducerent reginam Vaslhi coram rege, posito super caput ejus diademato, ul ostenderet cunctis populis et principibus pulchritudinem illius; erat enim pulchra valde.***

4® Quæ sint aliæ luxuriæ causæ, V, 139, I ; X, <0, 1. Libidinum incentiva sunl fornax accensa, XIII, 46, 2.

IV. Luxur iæ effkctuset damna.— *Luxuria* **damna** *collective sumpta,* IV, 527, **1,2;** 528,2. Luxuriæ effectus, VU, 274, 2 et seq. Luxuria gignit innumera mala. *Job,* 303, **2;** 607, 2. Luxuria est omnis mali origo, V, **138,2;** 139, 1. Libido omnia profundit, I. 392, 2 : ***Effusut*** *es sicut aqua,* ***non crescas ; quia*** *ascendisti* ***cubile patris tui,*** *et* ***maculasti stratum ejus.*** Cur vocetur crudelis. V, 137, 2 : *Ne* **des alienis honorem** *tuum, et annos tuos* **crudeli.** Libidinis flamma est exitialis. *Job,* 614, 2 : *Ignis* **est usque** *ad* **perditionem** *devorans, el* **omnia eradicans germina.**

2 ***Luxuria damna corporalia.*** Primo. *Vires corporis* **exhaurit,**V, 66, 1; 136, 2 el seq; VI, 481. 2: *Ne* **dederis mulieribus substantiam luam,** *et* **divitias tuas ad delendos reges.** Luxuria spiritus nobilissimos,indeque robur el vires effundit et exhaurit, IV. 351, 2. Quam noceat corpon et valetudini, V, 138, 1 : ***Ne des alienis honorem*** *tuum, el* ***annos tuos crudeli; ne forte impleantur extranei*** *viribus tuis, et* ***labores lui sint in domo*** *aliena, et* ***gemas in novissimis, quando consumpseris carnes*** *tuas el* ***corpus tuum,*** X, 97, 2. Libidinosi robore corporis el vigore mentis destituuntur,V,66,1.Corpus subjugat ct corrumpit luxuria. XVIII, 297, 1 : ***Omne peccatum, quodeumque*** *fecerit* ***homo,extra corpus est; qui autem fornicatur,*** *in corpus suum* ***peccat,*** 333, 2. Libidinosi non sunl fœcundi in matrimonio, 137, 1. Luxuriosi cur laborent capite, VII, 402, 2. Luxuria facit hominem pallidum et luridum, V, 136, 1 ; XXI, 145. 1, 2.

Secundo. ***Libido*** *pudorem el dolorem gignit, Job,* 612. 2. Corporea voluptas plus doloris habet quam jucunditatis, *ibid.* Libido causal infamiam, ignominiam, dolores, mala tam corporis quam animæ, V, 140, 1, 2; 181,2 : ***Turpitudinem*** *et* ***ignominiam congregat sibi.*** *et* ***opprobrium illius*** *non* ***delebitur.*** Consumit opes, etiam maximas, hominemquo ad extremam inopiam redigit. XVI. 206, 2; 207, 1 : ***El non post mullos dies, congregatis omnibus, adolescentior*** *filius peregre* ***profectus*** *est in* ***regionem longinquam, et ibi dissipavit*** *substantiam suam* ***vivendo luxuriose.***

Tertio. ***Libido ducit ad mortem;*** V, 68, 2 : ***Inclinata est ad mortem domus*** *ejus, et ad inferos* ***semita illius.*** Minuit vires el vitam, ejusque rei causæ, XII, 616, 1 : ***Effusum*** *csl as tuum, et* ***revelala est ignominia tua in fornicationibus*** *luis* ***super amatores*** *tuos.* Mortem accelerat, et multiplicem, V, 136, 1; VII, 274, 2 : ***Et inveni amariorem morte mulierem, qux*** *laqueus* ***venatorum est. et sagena cor ejus, vincula sunl manus*** *illius.* Libido Salomonis mortem acceleravit, III. 485, 2.

3® ***Luxuria et libidinis damna spiritualia.*** Primo. ***Luxuria rationis lumen in*** *nobis* ***extinguit;*** VI, 202,2 el seq. : ***Insidiatur in via*** *quasi latro, et* ***quos incautos viderit, interficiet.*** Hominem effeminat, inebriat ac dementat, eumque dedecorat, V, 180, 1 : ***Qui autem adulter est,*** *propter cordis* ***inopiam perdet animam suam,*** 193, 1; X, 496, 1, 2. Mentem absorbet, XVIII, 296, 2. Libido quam hominem sopiat ac detineat, el mentem eripiat, XX,

64i, • nomini etiam sapienti mentem eripit, XIII, 344, Î: *Fornicatio, el vintctn, el ebrietà* auferunt cor.* Luxuria noxia ingenio et sapienliæ, XX, 365, 2 : *Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est.*

Secundo. *Libido ubi ardet, abundant peccata,* IV, 280, 2. Viam ad aha scelera sternit, V, 268, i. Non solum petulantes, sed et homicidas facit, VI, 201. 2.

3' *Nomina de quibus* tn *Scriptura aliqua qux~ stio.* Nomina septem primanorum angelorum,XXI, 21, 1. Ea revelata beato Arnadæo, *ibid.* Nominibus inter se carent angeli, sed ea assumunt pro ratione ministerii quod obeunt. XXI, 21, 2 (Fida Angeli). Nomina septem fratrum Machabæorum ex Josephi editione græca, IV. 526, 1. Nomina mutata tribus pueris, XIII, 11, 2 Nominis Job interpretatio el mysteria, *Job,* 4. 2 Christo congruunt, 5.1.Nomen soli Petro ex Apostolis curDominus mu* tarit, XVII, 256, {.Nomina Apostolorum quomodo in fundamentis civitatissanctæ. XVIII, 607. 2. Nomen suum auctor sacer libro suo non præAgebat, sed ab aliis ad calcem adhibebatur, X.548 1, 2. Nomen suum cur S. Joannes initio epistolæ non ponat. XX, 50,2 el seq. Nomen Actie brilli quale futurum, XXI, 263, 2. Nomen Antichri^ti estignotum, XIX, 161, 2. Id futurum character A tichristi, XXI, 26!, 1. Nova nomina quæ res fide clarius explicant, non damnat Apostolus velut profmas vocum novitates, XIX. 268. 2.

IV. Nomen sumptum pro fam*.— Nomen bonum quanti faciendum et quore, X. 354, 2; 355. i. funim *habe de bono nomine : hoc enim magis permanebit (ibi, quam mille thesauri pretiosi et magni.* Diu id permanet, *ibid.* Nomen bonum est melius quam diviti.r, VI 13*, 1 : *Melius est nomen bonum quam diiHir mullæ; super argentum et aurum gratia bona.* Ipsum procurandum, 132,2. Nomen bonum e^t unguento simile, VII, 238. 2 : *Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa, et dies mortis die nativitatis.* Nominis boni memoria est merces virtutis, *Job,* 395. 1 : *Memoria illius pereat de terra, et non celebretur nomen ejus in plateis.* Nomen impiorum slatim post mortem delebitur, X, 354, 1 : *Lucius hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur.*

Anima oppetit nomen æternum, quia ipsa est immortalis, X, 439, 2 : *Corpora i, eorum in pace sepulta sunl. et nomen eorum vivit in generationem el generationem.* Nomen ælernum habent docti, IX, 410, 2: *In medio Ecclesie aperiet os ejus, et adimplebit illum spiritu sapienlix et intellectus , el stola gloriæ vestiet Ulti ‹.* Nomina virginum cl confessorum olim etiam in Missæ ‹ - none continebantur, jam sola martyrum. X, 429 2. Nomina sanctorum olim priore in Ecclesia annuntiabantur, quorum natatilia postridie celebranda erant, *ibid.* Nomen novum beatorum quod sit, XII, 455, 2. Nomen melius quo l sit, quod virginibus Deus dandum promittat. XI, 658. 1, 2 : *Dabo eis in domo mea et in muris meis locum, el nomen melius a filiis et filiabus: nomen sempiternum dabo eis quod non peribit.* Nomen novum quod sit, quod Christus vincentibus promittat, XXI, 56, 1:¡ *Vincenti dabo manna absconditum, el dabo illi calculum candidum ; et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Nomen Doi et Jerusalem novæ et nomen novum quomodo

Dens super vincentes scribat, XXI, 78, 1 ; *Qui vicerit: faciam illum columnam in templo Dei mei, el foras non egredietur amplius : et scribam super eum nomen Dei mei, el nomen civitatis Dei mei novz Jerusalem..,, et nomen meum novum.*

NOMI. Nomi, id est præfecturæ, in Ægypto erant sexaginla sex, XI, 316, 2.

NONA HORA. Nona hora quando inciperet Hebræis, XVII, 232, 2. Nona hora cur orarent Judæi, XIII, 80, I.

NONNA (S.). S. Nonna, S. Gregorii Naaianzeni mater, Gregorio marito et filiis fidei et pietatis fuit magistra, VI. 20, 1; 513, 2; XIX, 273, 1. Tota erat in domesticis procurandis et divinis, VI. 179,1. Quam esset in templo modesta, XVII, 112, 2. Fuit strenua mulier, VI, 489, 2; 515, i. De sola anima exornanda laboravit, 530, L Ejus in pauperes munificentia, VI, 507, 1; X. 120. 1.

NONNUS (S.). S. Nonnus an idem qui Hippolytus, ct epidCopatym Antiochenum deseruerit, XXI, 66, L

NONNUS abbas. SupT caput Nonni abbatis stella ful; re visa, XIII 173, 1.

NuNNUS Panopolitanus. Nonnus Panopolitanus S. Joannein versibus heroicis elegantibus expressit, \M, 291. 2.

NON ULTRA. *Non ultra, non amplius* in Scriptura, saepe non æternititem, sed longitudinem, id est tempus immémoriale significat, XI, 613, I; XIIL 230, 2; 501, 9.

NORBBRTUS (S.). S. Norbertus quomodo Antichrisli adventum imminere existimaverit, XXI, 852 1.2.

NORIM UERGENSIS. Norimborgensis ager abietum forax, XII, 725, 2. Norimbergonsium matronarum prisca et mira in vestitu simplicitas, XI, 145, 2. Norimbergonses cur præcepium confessionis a Carolo V publico decreto sanciri vellent, XVII, 355, 2.

NOSSB, NOTITIA. 1° Notitia qua Deus pollet qualis, *Job,* 247, 1, 2. Non pendet a tempore uti nostra, nec est successiva, sed simultanea, *ibid.: Numquid sicut dies hominis dies lui, et anni lui sicul humana sunt tempora, ut quxras iniquitatem meam, el peccalum meum scruteris?* Notitia Dei, qua quem novit aut non novit, non speculativa, sed practica et aïïccluosa, XV, 215, 1.

2« Notitia quam habemus de Deo ox creaturis qualis, Deus nonnisi obscure ex creaturis cognosci potest, sed minime comprehendi, *Job,* 265, 2 : *Forsitan vestigia Dei comprehendes, cl usque ad per-(return Omnipotentem reperite?* Est obscura , 688, 2 . *Fece Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum ejus inxslimabilis.* Per negationes perfectior, 113, 2 : *Stetit quidam cujus non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, el \oc'm quasi auix lenis audivi.* Notitia Dei perfecta mystico per arborem vitæ significatur, V, 343, 1« Nusse Deum beata vita esLXIH. 334, 2. Notitia sola legis non sufficit ad justificationem, XVIII. 60, 1 (FMr Deus).

3eNoliliasmipsius necessaria, *Job,* 150,1. Nesso seipsum quanti refer.il, VI, 3, I (Fide Coomtio)

NOTA. Notio Scr pturæ occultæ et arcarne, XI, 407. I, 2 *[Vi(b* Scalpi i ha).

NOTABILIS. Notabiles res asserit Joannes per affirmationem et simul contrarii negationem, XVI, 290. 2 (hdr Evxxgbua).

NOTIO Notiones Dei sunt quædam sigilla reruir creandarum, IX, 64, 2.

NOTSEIUM. *Nolscrim* dicuntur milites Nabuchodonosuris percrasin, XII, 47. 2.

NOVACULA. Novacula cur dicantur Assyrii, XI, 207, 2. Novacula acuta quam vidit Isaías, quid denotaret. XIII, 609, 2. Novacula Ezechielis quid denotet, XII, i, 2.

NOVALE. Novale est novus ager, cum is, excisis herbis noxiis, primo colitur, V, 391, 1; XIII, 422, I. Novale tripliciter dicitur, V, 397, I. Novalia sunl typus instructionis puerilis, VI, 143, 1.

NOVANTES. Novantibus libros Machabæerum o canone expungentibus, quid respondendum, IV, 450, 1. Novantes quam in Joannem Baptistam injurii et iniqui, XI, 492, I, 2.

NOVATIANUS. Novatianus quare schisma ab Ecclesia fecerit. XX, 453, 2. Novatianus Antipapa perditor fuit animarum, XVII, 304,1. Fuit tantum pastoris idolum, XIV, 498, 2.

NOVATUS. Novatus rejiciens Confirmationis sacramentum fuit a dæmone correptus, XVII, 199,1. Novatus lapsos ad poenitentiam non admittebat, XIX, 400, 2; 461, 2. Aiebat in Ecclesia non esse malos, 293, 2.

NOVEMBRIS. In Novembri magna cœli inconstantia est et intemperies, quam inducit Orion oriens. XII!, 5sI, 2.

NOVEM. Novem sorores unius partus omnes fuere sanctæ et martyres, X, 223, 2.

NOVENARIUS. Novenarius numerus imperfectus est, IX, 675, 2.

NOVERCA. Noverca) cum privigno nuptias om* nes aversati sunt, XVIII, 285, 1.

NOVILUN1UM. Novilunium apud Ilebræos erat prima dies mensis, I, 524, 2. Noviluniis notabilis sentitur rerum mutatio, quia luna rebus sublunaribus dominatur, XI, 571, 2 *(Vide* Luna).

NOVISSIMUS. I0 *Quo sensu vox* novissimus et novissimum *accipiatur in Scriptura,* XI, 121,1,2. Novissimuset novus idem est quod postremus, XX, 549, 1. Idem etiam quod pessimus, 49, 1, 2. Novissimum in Scriptura accipitur pro eo quod posterius est, et sequitur, IX, 97, 1. Novissimum dicilur tempus legis gratiæ et Messiæ, XX. 473, I ; XXI, 353, 2. Novissima quænam tempora inlelligat Paubis, XVIII. 282 I. Novissimi primi el primi novissimi qui sint, XV, 437, 2 el seq.; 439, i ; 442, t ; 44 j, 2. Novi'Hinos Aposlluloram quos vocet Paulus, X\ 111, i.

2* *Novissima sumpla pro morte. judicio, gc-henna, ct cadesti giurìa.* Novissima siiti obliti «uni homines, XI, 570, 1 : *Et disisti : In sempiternum ero domina; non posuisti h.ro super cor tuum, neque recordata es novissimi lui.* Novissima impiorum bona non orunt, VI, 238, 1 : *Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios : quoniam non habí nt futurorum spem mali, et lucerna impiorum exlinguetur.* Novissimorum memoria habenda in omnibus, IX, 257,1 : *In omnibus operibus luis* memorare *novissima tua, et in æternum non peccabis.* Quantum hæc afferat boni, *tbid.,* 2. Hæc est regula omnium agendorum, *ibid.* Ea cogitanda quasi vicina, *ibid.,* 2; 258, 2. Eorum recordatio iram deponi suadet, X, 49, 1,2: *Memento noviysimorum, et desine inimicari : tabitudo enim et mors imminent in mandatis ejus.* Eadem concupiscentias imminuit, 112. 1 : *Cogitatus præscienliæ avertit sensum, el infirmitas gravis sobriam facit animam.* Novissimorum meditatio est optimum collyrium animæ, XXI, 86, 1, 2 : *Suadeo libi emere a me aurum ignitum probatum, ut locuples fias, el vestimentis albis induaris, et non appareat confusio nuditatis lux, et collyrio inunge oculos tuos, ut videas (Vide* Moas, Judicium, Infernos, Cœlum).

NOVITAS. I0 Novitas rei magnæ el difficilis, prasorlim inopinata», ingens ciet in mente pathos, XV, 405, 2.

2° Novitas in doctrina est explodenda, XVIII, 518, 1, 2: *Sed, licet nos, aut angelus de calo evangelismi vobis, prxterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Novitas profana est, XIX, 268, 1 : *0 Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scienti#.* Ea signum et nota est hærescos, XIX, 268, 1 ; XX, 440. 2 : *Fuerunt vero et pseudopropheta in populo, sicut cl in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis.* Novitas el imperitas hærolicoruin. XXI, 566, 1 : *fiecordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, el non est ultra iteus, nec est similis mei.* Novitas vocum quæ sit, XIX, 268, I ; 288,1 : *Profana autem et vaniloquia de vita; mullum enim proficiunt ad impietatem (Vide* Doctrina, Hæresis).

3° Novitate vilæ Christo resurgenti similes efficimur, XVIII, 168, I : *Quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ito el nos in novitate ambulemus.* Quænam illa novitas vilæ sit, 202. 2 : *El notile conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri (Vide* Novus Homo).

NO VITIATOS, NOVIT1ÜS. 1® Novilii Religionum sunl primitiae Deo oblatæ, II, 20, 2. Sunt vehit viridis seges, X, 337, 2. Et vine® llórenles, X, 338, 1. A novilialu pendet tola deinceps vita in Religione, Vi, 99, 2.

V Noviliijn Religionem admittendi cum delectu, XII, 189, 2 ; 190, 1. Novilii quomodo in Religione probentur, IX, 158, 1. Sunt leviter tractandi, XV, 245, 2 el seq. Novilii» in Religione nihil dicendum quo ad sæculum repetendum moveantur, XIII, 380, 1. Novitiorum in Religione quæ 6at mutatio, VI, 117, 2. Novilii Religionum quam ferventes sint, XIV, 266, 2. Ne sint initio nimis ferventes, VI, 401, 1. Eorum fervores nimii non sunt durabiles, V, 385, 2. Novilii in Religione et fide pnmo lentari solent gula et carnis stimulis, et his superatis ad vanam gloriam, XV, 122, 1. Novicios in Religione a tenlalionibus preservai Deus, XVI, 575. 2. Cogitationes suas et tenlaliones superiori a|>eriant, V, 471, 2. Novitiorum stultitia quæ sit, VII, 266, 1.

3e Novillos a Religione avertere quam sil grave scelus. I, 590, 1 ; III. 354. 2. Quomodo ct a quibus in captivitatem ducantur, XII, 356, 1.

NOVUS. I® Novum altare thymiamatis, mensam propositionis el candelabrum fecit Salomon pro templo, III, 578, 1, 2 (Eide Altare, Candelabrum), etc). Novi orbis conversio Hispanis el Lusitanis gloriosa est, XIV, 19, 1.

Nova et exotica delectant, XV, 338, 1. Novi cœli quomodo futuri post resurrectionem, XX, 489, 2. Novum quare sit virginum canticum XXI, 273, 2. Cur dicatur canticum seniorum novum, <30. 2 el seq.

2® Novus homo quis sil Paulo, XVIII, 640, 1 : *fienovamini autem spiritu mentis veslrx, et indirle novum hominem qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate ventatis.* Ejus paries Ct membra opposita partibus et membris veleris hominis, 642, 2 . Nova creatura in Chrislo quæ sit, XVIII. 454, 1,2: 5t *qua ergo in Chrislo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia novo.* Novus homo induendus est, veteri deposito, VII, 509, 1.

NOX. 1® Nox non est in cœlo empyreo. XXt, 181, 2 ; 403, 1. Nox quomodo in cœlo repedatur, *Psalm.* II, 386, 1. Nox quieti deputala, *Job,* 386, U De ñoclo tamen laborandum est, VI, 503, 1. Nox est piscationi aptissima, XVI, 641, 1. Nodem Hebræi in quatuor partes dividebant, XV. 716, 1. Noctes varias et pessima), VII, 605, 2. Noctes quæ festivæ sint, *Job,* 81, 1.

Nox orandi tempus maximo opportunum, *Psalm.* II, 386, 1. Nodo orandum, die laborandum esse exemplo suo docet Christus, et mulli anachoreta?, XVI, 80, 2; 113, 1 ; 259. 2. Nox apta compunctioni, XII, 353, 2. Revelationibus accommodata, *Job,* 110, 2. Et yisionibus accipiendis aplior, XIV, 361, 2.

Cur do node Judas ad productionem perficiendam exivorit, XVI ,533, 2. Noctibus iribus quomodo Christum in sepulcro fuisse comprobatur, XV, 312, 1,2.

2® Nox symbolico designat mentis tenebras. TH. 533, 2. Nox propria est impii, V, <14, 2. Nox vo-

catur tempus ante Christum, XVIII, 224,1,2. Nox eliquando significat tempus quo abest lux gratiæ, *Psalm.* II, 278, 2. Nox aliquando mortis tempus, sicut dies tempus vitæ designat, *Psalm.* I, 121, 1; 122, 1. Nox symbolum calamitatis, *Job,* 663, 2. Nox signum mali ominis, III, 560, 1. Symbolum est {refrigerii et refugii in calamitate, XI, 302, 1.

NOXA. Noxa caput sequitur, quam verum sit, liquet in Amano, IV, 379, 2. Noxa præsto est temere spondenti, X, 79, 1.

NOXIUS. Noxium sequitur sua pœna, XVIII, 455,1, 2; XIX, 251,1, 2. Noxii ad exemplum aliorum sunt puniendi, VI, 41, 2 *(Vide* Peccatum, Poena).

NUBERE. *Nubo* proprie mulieris est, apud antiquos etiam viri, XV, 481, 1. Prestai nubere quam uri, XVIII, 304, 1, 2 : *Si non se contineant, nubant, melius est enim nubere quam* uri. Nubendum est pari, IX, 689, 1, 2 : *Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo.* Nubere in Domino quid sit, XVIII, 322, 1 : *Quod si dormierit vir ejus, liberala est : cui vult nubat: tantum in Domino.* Nubentes olim velabantur, 355,1; 491, 1, 2 *(Vide* Conjugium Matrimonium. Nuptis).

NUBIS. 1° Vox *Nubis* unde dicatur, X, 402,2. Nubes ad nutum Dei agitantur et oriuntur, *ibid.* Nubes sapientia Dei concrescunt, V. 92, 2. A Deo sunt in aero suspensæ. 235, 1. Nubium pondus quale, *Job,* 701, 2. Nubes superne candida et splendida est inferne atra et obscura, VI, 287, 1. Aquas continet quas deinde Dei jussu in terram depluat, 426, 1. Nubes sunt pluviæ vehiculum, XIII. 349, 2. Quomodo vocentur flumen aereum, XIV, 41, 2. Nubes gignunt pluviam, XVI, 24, 1. Terram fecundant, X, 402, 2. Cur nubes ab occasu imbrem in Judæa nuntient, XVI, 184, 1, 2. Secus in aliis locis, *ibid.* Nubes tonantes sunt quasi leones rugientes, XII. 92, 2.

2* Nubes et caligo in Scriptura vocantur latibulum et quasi vestimentum Dei, 290, I ; XII, 813, 1. Sunt symbolice thronus gloriæ Dei, IX, 622, 1; *Job,* 523,2. Sunt Dei thronus et cursus, *Job,* 523, 2; 691, 2. Sunt currus Dei, domus, tentorium, *Psalm,* I, 95, 2. Nubes sunt quadriga Dei, XIV, 257, 2. Suntcurrus regalis Dei triumphantis, XII, 574, 1. Nubes lucida est symbolum divinitatis, XIII, 96, 1. Nubes repræsenlat gloriam Dei,etquidem proprie dicta. XII, 575, 1, 2. Nubes est velum gloriæ Dei, XV, 388, 2. Nubes magna Dei iram significat, XII, 478, 4. Nubes vocalur in Scriptura Dei lux, XIX, 265,1. Nubes deitatis est humanitas Christi, XII, 574, 2. Nubium significatio propria est divinitatis et providentiae Christi quasi per velum ostensio, *ibid.* Nubes levis in Isaia quid sit, XI, 315, 2. Est corpus Christi, item beata Virgo, 316, i.

> P*r nubem Deus passim apparebat Moysi, et Riphaei angelus Tobis, IV, 290, 1. In nube cur Deus apparare soleat, XII, 574, 1. In nube cur soleat Deus prasentiam suam exhibeto, et simul eodem se occultare, *ibid.*

Quid sit nubes sub qua pairos fuerunt, XVili, 338, 2. Nubes lucida in monte Thabor quos ot cur obumbraret, XV, 388, 1. Undenam et cur illa facta sil, 388, 2. Cur fuerit lucida. 389, 1. Nubes quæ et qualis susceperit Christum in cœlos ascendentem, XVII, 60, 1. Nubi insidebit Christus ot sancti ad judicium venientes,XIX. 134,2.Cur in nubibus venturus sit Christus adjudicium, XV, 515 2.

4° Nubes sunt symbolum prompt® obedienliæ, </ ¿>»701 1. Symbolum protectionis, 687, 2, 691,2; 692, I. Nubes symbolice sunt angeli, XII, 574, 2. Nubibus comparantur fideles, XI, 704, 2. Item prædicalores, XI, 704, 2; 705, 1; XII, 574, 1; *Job,* 692, 1. Iis assimilantur apostoli et viri apostolici, XIV, 477,1. Nubes mystico sunt viri sancti, VII, 367, 4.

Nubes ct venti symbolum sunt multa spondentis et nihil dantis, VI, 270, 1. Item arroganti® et mutabilitatis, 270, 2. Sunt symbolum celsitudinis ct ambitionis, X, 404, i. Item vanitatis, *Job,* 189, 1; 592, 1. *Nubes post pluviam* in *Ecclesiaste* quid repræsentent, VII, 384, 2. *Nubes sine aqua* sunt hæretici, XX, 674, 1 et seqq.

NUDARE, NUDITAS, NUDUS. *Nudare* in Scriptura subinde *tondere* significat, XIV, 261, 2. Nudari, feminis ignominiosissimum, XII, 116.2. Nuditas pedum ad quid hominibus utilis sil, VI!, 190,1, 2. Nuoi mundum ingressi, nudi eodem exibimus, XIX. 57, 1.

Nuditas Israelis qu® vocetur, 306, XIII, 1. Nuditas triduana I sai® symbolum fuit triennii spoliationis Ægypti et/Ejhiopiæ, XI. 324, 1, 2. Nuditatis triumphus qualis, *Job,* 41, 1; 45, 1, 2.

NUDIPEDES. Nudipedes incesserunt veteres, XVIII, 264, 1. Nudipedes erant, qui aliorum ossa legebant, XIII, 602,1. Nudipedes sacrificabant Judæi, I, 454, 1. Nudipedes signum sunt captivitatis, XVHI, 680, 1. Nudipcdum Religiosorum laus, III, 244, 2.

NUDIUS QUARTUS. *Nudius quarius* vox unde dicatur, XVII, 239. 2.

NUGACITAS, NUGÆ. Nugæ vox ab hebreo *nuge* derivata est, idemque significat, XIV, 309,1,2. Nugæ vocantur homines et res nugaces et nihil, XIV, 309, I. Nugacitas hominum quanta sit, 309,2. Nugæ vocantur nugaces, XIII, 260, 2. Nugacitas meretricum. VI, 201, 2 *(Vide* Meretrix). Nugæ quantopere fideli vitandæ sint, XIV, 310, 2. Nugis non opertet aures intendere, XX, 72, 2.

NUMA. Numa Pompilius populum Romanum ferum religionis institutione et utilibus legibus domuit, XIII, 413, 1; XIV, 321, 2. Numa Egeri® se maritum jactavit, IV, 499, 2. Numa primus idola Romam invexit, XI, 543, 1. Primus usus est chlamyde, XV, 609, 2. Numae libri chartacei, quia cedro erant illiti sub terra, quingentis et triulnia quinque annis durarunt, XH, 620, 2.

NUMANTIA. Numantia ob discordiam excisa, XIV, 303, i.

NUMANTINI. Numantini in Hispania por quatuordecim annos obsessis Romanis reconciliari noluerunt, IV, 537, 2.

NUMEN. Numen esse colligitur ex constanti inconstantia mundi, XX, 474, I. Numen omne negabant Epicurei, XVII, 319, 2. Numinis metus et reverentia homines a peccato avocat et ad bonum impellit, XIII, 332, 2 *(Vide* Deus).

NUMENIUS. Nurnenius legatus a Simone Machaban) ad Romanos, IV, 489, 1, 2.

NUMENIUS PHILOSOPHUS. Nurnenius philosophus cur castigatus, XI, 81, 2.

NUMERUS 1° Numerus rotundus et integer assignatur in Scriptura, etiamsi ei aliquid desit vel supersit, HI. 172, I ; XV, 27, 1 ; XVII, 173. 1 ; 280, 2. Numerorum minutias non curant scriptores, solidos integrosque tantum numeros consignant, XII, 716, 2. Numeros certos Scriptura exacte ponit, nec in iis ludit, XXI, 349, 2. Numerus definitus in Scriptura ponitur pro indefinito XV, 27, 1. Numerus cardinalis sæpe capitur pro ordinali, XIII, 111,2; XIV, 317, 2. Numerus septenarius sumitur pro *frequenter,* Psalm. II, 332, 2. Numerus donarius et septenarius Hebræis erat familiaris» XVHI, 187, 1. Numerus capilur pro paucitate, X, 355, 2, Numeri dies sunt ¡idem qui pauci el breves, *ibid.* Numerus sumitur etiam pro ordine et composita harmonia, XI, 502,1, 2.

2° Numerus Angelorum est maximus, XIII, 93, i, 2. Numerus omnium filiorum Israel qui cum Jesu et Zorobabele in Jerusalem redierunt, IV, 209, 2. Numerus electorum an sit certus ante praescientiam finalis perseverantia», XXI, 74,1, 2. Numerus beatorum etsi ingens est tamen numerabilis, 170, 2. Numerus damnandorum et electorum an sit par, XX, 116, et seqq.

3® Numerorum mysteria in Scriptura occurrunt plurima, XI, 751, 1, 2. Numeri vigesimi quinti mysteria varia, XH, 840, 2. Numerus sexagesimus esl perfectus, et quare, VIH, 8, 1. Numerus quadringenta nonaginta decem Hebræis erat celebris, XIII, 116, 1, Per numerum nominum divinabant veteres, XIV, 34, 1. Numerus hominis quis dicatur, XXI, 262, 2. Numerus hominis Antichrist! quis sil. *ibid.* el seqq.

NUMERORUM LIRER. *Numerorum* liber unde dicatur, II, 191, 1. Quænam ejus libri materia, *ibid.* Quot annorum gesta contineat, *ibid.,* 2.

NUMMULARIUS. Nummularii sunt campsore» ct usurarii, XV, 532, 1. 2.

NUMUS. Numus dictus quasi id est lex, V, 272, 2. Unde dictus sil moneta, *ibid.*

NUNC. *Nunc* diversimode accipitur, V, 135,1.

NUNTIUS. Nuntius fidelis obleclal eum a quo missus est, VI, 268. 2 : *Sicut frigus nivis in die niessis, ita legatus fidelis ei qui misit illum, animam ipsius requiescere facit.* Cur frigori in messe comparetur, 269, 1. Nuntium bonum non tantum aures mulcet, sed el mentem recreat, V, 476, 1; VI, 288, 1, *2; Aqua frigida'anxmx sitienti et nuntius bonus de terra longinqua.* Nuntium stub tum mittens perinde facit ac si claudum, tardum, ineptum, impotentem mitteret, 300 , 2 el seq. • *Claudus pedibus, el iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.* Quæ mala is mittenti creet» *ibid.* Nuntius piger molestiam et noxam iis qui miserunt eum, creat, V, 306, 1 : *Sicut acetum dentibus, et fumus oculis, sic piger iis qui miserunt eum.* Comparatur aceto et fumo, *ibid.* Nuntius infidelis infideliter agens a rege sæpe plectitur, at fidelis sibi incolumitatem conciliai, 391, 1, 2: *Nuntius impii cadet in malum; legatus autem fidelis, sanitas.* Item qui fraudes maligni annuntiat, iis detectis ipse dat poenas, *ibid.,* 2. Nuntii habent lumbos accinctos, XVI, 174, 1.

NUPH. *Nuph* quam multa significet, IV, 502, 2.

NUPTA. Nupta nova olim viri januam lana coronabat, V, 348, 2.

NUPTIÆ. 1® Nuptiarum definitio et unde dicantur, XIV, 578, 2; XVI, 327, 1. Nupliæ dicuntur a *nubendo,* quocirca pudicae el verecundas sint, I, 260, 1. Earum ritus apud Gentiles, XIV, 578, 2, Earuin præses Juno. *ibid.* Nuptiarum ritus triplex e?at apud Romanos, IX, 434, 2. Olim nuptias a sacrificio inchoabant, XV, 474, 1, 2. Nupliæ a priscis noctu celebrabantur, XXI, 335. 2. Nuptiarum festa dulciariis el deliciis condiuntur ad inescandum spunsæ affectum, Vili, 91. 2. *Nuplix Ægypli* proverbialiter de nuptus infaustis didlur, XVIII. 385, I.

2® Nuptiarum est conciliator et vindex Deus, XIV, 578, 2 : *Dominus testificatus esl inter (e et uxorem pubertalis lux, quam lu despexisti : el hxc particeps tua, et uxor faderis lui.* Nuptias Christus sua presentía honoravit, XVI. 328, 1. Nupliæ in Cana quo die ct anno contigerint, 326,1,2. Nuptias esse spernendas docuerunt olim pseudoapostoli, XV11I, 290, 1. *De quibus aulem scripsistis mihi : Bonum est homini mulierem non tangere} vropter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, el unaqutrque suum virum habeat.* Nupliæ sic peragantur ut Deus non offendatur, IV, 300. 2 : *Cumque omnes dixissad * Arnen, accesserunt ad convivium; sed el cum timore Domini nuptiarum convivium exercebant.* Nuptiarum die ac nocte conjuges sobrietati studeant. tòid. Ab iis abesse debent rixa et iracundia, XIV, 578 2. Nupliæ secundæ licitae sunt, XVHI, 322, 1 : *Quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat, lanium in Domino.* Nupliæ secundæ olim licilæ repudianti el repudiat e, sed non jam, XV, 167, 1 : *Ego autem dico vobis: Quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam machari. el jui dimissam duxerit, adulterat.* Nupliæ Religiosorum permanens sacrJegium sunt, vel adulterium, XY11Í,

804, I. Wiptfæ non erunt in cado. erunt tamen mulieres, 631, 2 et seq. *(Vide* Conjugium, Matrimonium, Nubere).

Nuptiae Christi cum Ecclesia quæ sint, et quomodo is ab nuptiis istis dicatur reverti. XVI, 177, t. Nuptiarum sponsi et sponsæ cœleslis quis sil finis, *Psalm.* I, 300, 2. Nuptiæ Christi cum Ecclesia inchoat® sunt in incarnatione, in cœlo consummabuntur, XV, 474, L

Nuptiæ spirituales quæ, XV, 474, 1, 9. Quomodo eæ fiant, XVI, 332, 2 et seq.

3* Nuptiæ mundanæ et spirituales quomodo differant, XVIII, 492, i : *Æmulor enim vos Dei xmulattone. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo.* Nuptiarum spiritualium prandium et cœna, 490, 1, 2. Nuptiæ spirituales animæ cum Deo habent aliquando defectum vini, id est gratiæ, XVI, 329, 1.

4® Nuptiæ typus el exemplar sunl ingentis gaudii, XII, 193, 2. Iis comparatur cœleslis electorum felicitas. XV, 52S, 1.

NUPTIALE CONVIVIUM. Nuptiale convivium a Christo in parabola propositum est mensa evangelicæ doctrinae, et maximo Eucharistiæ, V, 252, 2.

NUTUS. Nutu suo Deus terram et montes concutit, X. 404, 2 (Deus). Nutus oculorum sunl luxuriæ inlernæ nuntii, 8, 1 *(Vide* Oculi).

NUTRICIUS. Nutricius Ephraim cur se vocet Deus, XIII, 428, 2.

NUTRIX. Nutricum indolem et mort» infantes sugunt, XIII, 286, 2.

NUX. Ia Nux dicitur a *nocendo,* V, 192, 2. Nuces, quæ duro corticc sunt, an pomorum nomino comprehendantur, XIII, 620,1. E nucibus fit oleum et unguentum, V, 192, 2.

2® Nux significat virtulom perfectam, VIII, 156,2. Ejus descriptio, el quid repræsentet, 157, 1. Nucem enucleare est conscientiam examinare, *ibid.,*2. Nux sacra Scriptura, *ibid.* Hæc patienti® typus, 456, 2.

NYCTICORAX. Nycticorax symbolum est mortis, XII, 153,2. Cur sit Ægyptiiselaliis symbolum mortis, XXI, 69, 1.

NYMPHA, Nympha ot domestici ejus fideles erant Colossis, XIX, 111, 2.

0

OBDUCTIO, OBDUCTUS. Obductus et obductio, Idem est quod calamitas. IX, 137, 1.

OBDURARE, OBDURATIO. Obduratio quid, *Job,* 287, 2 et seq. Quid sit aliquem ohdurari aut a Deo despici, 288, 1 : *Si destruxerit, nemo esi qui xdificet :* si *incluserit hominem, nullus est qui aperiat.* Obduratio duplex, XI, 182, 1, 2 : *ïxcxca cor populi hujus, el aures ejus aggrava; st oculos ejus claude, ne forte oidtal oculis, el auribus suis audiat, et corde suo inlelligat et convertatur, el sanem eum.* Obduratio peccantium describitur, V, 561, 2 : *Impius, cum* in *profundum venerit peccatorum, contemnit : sed sequitur eum ignominia el opprobrium.* Obdurare Deum homines impie docet Calvinus, I, 448, 1 : *Ego indurabo cor ejus* (Pharaonis) *el multiplicabo signa el óslenla mea in terra Ægypti;* XVIII, 168, 2 : *Ergo cujus vult miseretur et quem vult indurat.* Neminem Deus obdurat positivo, I, 488, 1 cl seqq. Variis modis Deus dicitur obdiirarc hominem, 499, 2 elseqq. *(Vide* Pharao). Obduratio quomodo homini, quomodo Deo tribüalur, XVIII, 25, 11 168, i. Obdurationis suæ causa Chananæi, noti Deus, III, 68, 2. Obduratio Judæorüm, XVIII 435, 1 Obduratos quomodo Deus tractet, I, 491, 2 •t seqq. Obduratos homines potest Deus emolliro, XV, 101, { : *Potent est Deus de lapidibus islis suscitare /Ilios Abrahx.* Obdurati, si velint, posMint e ad Deutn convertero, XVI, 516, 1. Obdurtlh elicmoSjbl suadenda quasi ullimbm remedium, sfcui eam Nabuchodonosori suasit Daniel, XVIII. 477, 2. Obdurationis in peccatum qu® sint causæ future in impiis sub finem mundi. XXI, 212, 2 : *Et exteri homines qui non sunl occisi in his plagis, neque pienitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ul non adorarent dxmonia, el simulacra aurea el argentea..... Et non egerunt poenitentiam ab homicidiis suis, neque a veneficiis suis, neque a fornicatione sua, neque a furtis suis (Vide* Con durum, Durities cordis).

OBEDEDOM. Obededom Gethæus fuit Levita, III, 455, 2 et seq. Qua benedictiono benedictus propter arcam, 456, 1.

OBEDIENS, OBEDIENTIA. *!• Obediente natura et proprietates.* Primo. *Obedientia vera in qua re sila sil,* XIV, 327, 2. Obedions veru* quis sit, V, 474, 1 : *Mens justi meditatur obedientiam ; os impiorum redundat malis.* Obedientia plena quæ sit, quæ non sil, XXI, 68, 2 : *Non invenio opera tua plena coram Deo meo.* Ejus perfectio in quo sita sit, IX, 114, 2 : *Filii sapienti.?, ecclesia justorum ; el natio illorum obedientia el dilectio.* Obi dienti® peifectæ schema quod sit, XII, 577, 1. Obedientia manca quæ sit, XIV, 559, 2 : *Si offeratis cxcum ad immolandum, nonne malum est f el si offeratis claudum el languidum, nonne malum est?* Obedientiæ gradus, V, 474. I. Obediontiæ filii qui dicantur XX, 260, 2 : *Propter quod succincti lumbos mentis veslrx, sobrii perfecte sperate in eam, qux offertur vobis graham, in*

revelationem Jesu Christi : quasi filii obedientir non configurati prioribus igwanlix veslrx desideriis. Obedientiæ descriptio, XIX, 397, L

Secundo. *Obedientiæ veræ septem proprietates, obedire prompte, simpliciter, hilariter, humiliter, utiliter, indifferenter, perseveranter,* I, <83, 2 et seqq.: *Dixit autem Dominus ad Abram : Egredere de terra tua, el de cognatione tua, et de domo pair is lui, cl veni in terram quam monstrabo tibi..... Egressus est itaque Abram sicut praeceperat ei Dominus.* Obedientia quam debeat esse prompta, 218, 1 : *Tulit autem Abraham Ismael filium suum, et omnes vernaculos domus suæ, universosque quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus suæ : et circumcidit carnem prxpulii eorum statini in ipsa die, sicut præcepcral ei Dominus.* Obediendum stalim Deo vocanti, XIV, 30, 2. Obediendum slatini Deo ad perfectionem vocanti, X, 132, 1 : *In omnibus operibus luis esto velox, et omnis infirmitas non occurret libi.* Obediendum Deo statini in arduis et periculis, III, 134, 2; 140,2: *Cor meum diligit principes Israel: qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.* Obedientia perfecta debel esse indiscreta, I, 99, 1 : *Qui* (serpens) *dixit ad mulierem: Cur prxcepil vobis Deus ul non comederetis de omni ligno paradisi?* Obedientia debet esso patiens, XX, 301, 1 : *Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis.* Obedientis in obediendo certamina, V, 33, 2. Obedientia fulguri debetessosimilis, prompta, agilis, foriis, efficax, infatigabilis, *Job,* 725, 1,2 ; 72C, 1 : *Numquid elevabis in nebula vocem tuam el impetus aquarum operiet te ? Numquid milles fulgura, el ibunt, et revertentia dicent libi: Adsumus?* Obediendi ratio, V, 474, 1, 2.

Obedientia ex dilectione oritur. IX, 114, 1. Obedientia cbarilatis quæ dicatur, XX, 268, 2 ct seq. : *Animas vestras castificantes in obedientia cha» rilalis.*

Tertio. *Obedientiæ symbola et figurar.* Obedientia est monile, VII. 515, 2 : *Pulchra sunt gena luæ sicut turturis ; collum tuum sicut monilia.* Per inaurem repræsentatur, VI, 268, 1 : *Inauris aurea, et margarita fulgens, qui arguit sapientem, et aurem obedienlem.* Obpdienliæ symbolum ot deditionis oliva est, XIII, 471, 1 : *Et erit quasi oliva gloria ejus, et odor ejus ut Libani.* Per thus ropræséntatur, XV, 82. 1. Obedions fulguri comparatur. *Job,* 725, 1.

2° *Ad obedientiam sequendam motiva et incitamenta.* Primo. *Obedientia prxsldntia,* XVI, 84, 2 ot seqq. : *Et descendit cum eis* (Jesus), *et venit Nazareth, cl erat subditus illis.* Obedientia melior est victimis, III, 358. 1 : *El ait Samuel : Numquid vult Dominus holocausta ot victimas, et non potius ut obedialur voci Domini? Melior est enim obedientia quam victima, et auscultare magis quam offerre adipem arietum,* VTI, 19, 2 el seq. : *Mullo enim melior est obedientia quam slultorum victima.* Obedientia est sacnticium mysticum IX, <14, 1 Ipsa nobilissimas hominum potentias offert in holocaustum, XVI, 84. 2 et seqq. Obedientia martyrium est, XIII, 443, 1, 2.

Obedientia el subjectio est tessera ver» fidei, XX, 297, 2 : *Subjecti igitur estote omni creaturae propter Deum.* Tessera est sapientiae et justitiae, X, 114,1. Cæteris virtutibus est præferenda, XVI, 526,2 1 *Dixit ei* (Jesu) *Simon Petrus : Domine, non tantum pedes meos, sed ei manus el capul.* Vincit alias virtutes, VI. 125, 1; 126, 2 el seqq. Obedientia est vera sapientia V, 473, 2 : *Mens justi meditatur obedientiam; os impiorum redunda! malis.* Non obedire Deo stultissimum est, III, 336, 2. Dixitque Samuel ad Saffi ; *Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, qux prxcepil tibi.* Obedientiæ commendatio, 1, 677, 2 et seqq. Obedientiæ perfeci» documentum et commendatio, XI, 181, 2 : *Et audivi vocem Domini dicentis : Quem mittam? el quis ibit nobis? Et dixit : Ecce ego , mitte me.* Ejus elogium , V, 33. i.

Secundo. *Obedientia a Deo requiritur,* Psalm. II, 146, 1,2: *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Eam tota Scriptura nobis inculcat, XIX, 455, 2 : *In capite libri scriptum est de me : Ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Obedientia mandatorum tribulum est quod Deus pro cullali* in suo?* bonis exigit, *Psalm.* II, 215. 2 : *El dedit illis regiones gentium, el labores populorum possederunt. Ul custodiant justificationes ejus, et legem ejus requirant.* Deo obaudiunt omnia creala, X, 381, 1 : *Omnia hæc vivunt, el manent in s.rculum, ei in omni necessitate omnia obaudiunt ei.* Ab ea obedientia nos non eximit Christiana libertas, XVIII, 25, 2. Obedientiæ necessitas. V, 474, 1. Obediendum Deo magis quam hominibus, XVII, 152, 2: *Despondens autem Petrus el Apostoli, dixerunt : Obedire oportel Deo mugis quam hominibus.* Obedientiæ quanta sil vis, *ibid.* Obediendum magis Deo quam regi, XII, 842. 1.

Torlio. *Obedienlix exempla,* I, 678, i, 2. Eliam apud Gentiles, *ibid.* Obedientia Abraham quanti a DeO æslimatur, IV, 421, 2 : *Abraham nonne in tenlatione inventus est fidelis, el reputatum csl ei ad justitiam ?* Obedientte Abrahæ merces, XVIII, 84, 2 : *Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini ejus, ut hær^s esset mundi: sed per justi» liam fidei.* Obedientiæ prompt» exemplum fuere Abraham et fcaac, XIX, 480. 1. Obedienlia rara Estheris regina* et imperatricis. IV, 370, 2 ; *Qtidquid emm ille* (Mardoch.vus) *præcipiebat, o!servabat Esther : et ita cuncta faciebat, ut eo tempore solita erat, quo eam parvulam nutriebat.* Obedientia Rechabitarum, XII. 252, 2. *Prevaluerunt serrhbnes Jonadab filii Hechab, quos prxcepil filiis suis ul non biberent vinum : el non bibe-*

runt *usque ad diem hanc, quia obedierunl precepto patris sui.*

Obedienliæ Christi erga parentes erat quoad naturam humanam non divinam, XVI, 84, 2 : *Et descendit cum eis, et venit Nazareth, et erat subditus illis.* Ejus obedientia in morte oppetenda, 476, 1, 2 : *Nemo tollit eam* (animam) *a me, sed ego pono eam a meipso, el potestatem habeo itemm sumendi eam. Hoc mandatum accepi a Patre meo.* Obcdientiæ Christi fructus, XVIII, 103, 2 : *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt mulli, ita el per unius obedilionem justi constituentur mulli.* Fuit ea singularis el promptissima ; XIX» 455, 2 et seq. : *In capite libri scriptum est deme: Ut faciam, Deus, voluntatem tuam, superius dicens : Quia hostias, et oblationes et holocautomata pro peccato noluisti, nec placita sunl tibi, qux secundum legem offeruntur, tunc dixi : Ecce venio, ut faciam, Deus, voluntatem tuam : aufert primum, ut sequens statuat.* Quomodo eam didicerit, 396, 2 : *El quidem cum esset Filius Dei, didicil ex iis qux passus est obedienliam : el consummatus, factus esl omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis xternx [Vide* Jesus Christus).

Obedientia Deiparæ cruci filii astantis, XVI, 615, 1 : *Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, el soror matris ejus, Maria Cleophx, el Maria Magdalena.*

3a *Quibus sit obediendum.* Obediendum regibus, si Deo contraria non præcipiant, XIX, 335, 2 : *Admone illos principibus el potestatibus subditos* *Ase, *dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.* Obedientia regibus, prælatis et magistratibus debetur, XVIII, 219, 1,2: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit : non est enim potestas nisi a Deo: qux aulem sunl, a Deo ordinala eunt,* XIX, 335, 4. Obediendum etiam malis praelatis justa jubentibus, XV, 488, 1,2 : *Tunc Jesus locutus est ad turbas et ad discipulos suos,dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scriba el Pharisxi. Omnia ergo quacumque dixerint vobis, servate el facile : secundum opera vero eorum nolite facere : dicunt enim, el non faciunt.*

4* *Obedientia effectus, fructus el merces.* Primo. Obedientiæ sex effectus, XII, 440, 1 : *Dereliquisti ionlem sapientia: nam si in via Dei ambulosses, habitasses utique in pace sempiterna. Disce ubi sil prudentia, ubi sil virlus, ubi sit intellectus : ut sciai simul ubi sil longiturnitas vilx el victus, ubi sit lumen oculorum, el pax.* Obediendum Deo ut caro nobis obedial, 111, 337, 2: *Dixitque Samuel ad Saúl : Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei Iui, qux prxcepil tibi. Quod si non fecisses, jam nunc prxparasscl Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum; sed nequaquam regnum tuum ultra consurget.* Obedientia sæpe est in causa ut carnales enlaûonea sint in obedieolibus imminutæ, 1,188,2. Obediens Deo pacatas habet omnes nnimæ suae potentias, V, 491, 2 : *Cum placuerint Domino vix hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem.* Fructus obedienliæ est obedienlem custodire ab omni malo, VII, 288, 2 : *Qui custodii prxeeptum non experietur quidquam mali.*

Secundo. *Obedientia est mater virtutum,* XVI, 85, 2. Castitati servandae conducit, XX, 269, 1 : *Animas veslros caslificantes in obedientia charitatis.* Suadet omnigenas virtutes, V. 32, 2 : *Audi, fili mi, disciplinam patris lui, et ne dimitías legem matris lux : ut addatur gratia capiti luo, et torques collo luo.* Est corona virtutum, VII, 516,1. Obedientia ornat obedientem, V, 32, 2. Omnia opera ex ea facta, facit meritoria, XVI, 85, 1,2: Obediens loquitur victorias, quo sensu, VI, 123,2 et seqq.: *Testis mendax peribit; vir obediens loquelur victoriam.* Vincit dæmones, 124, 1. Mundum, carnem, 124, 2.Seipsum et homines,<25,1,2. Maro, ignem, terram et bestias, 126, 1, 2. Cœlos, infernum, *ibid.,* 2. Tentationes, mortem et gehennam, Deum, <26, 2 el seq. In obcdienli Deus manet quiniupliciler, XX, 584,1 : *El qui servat mandata ejus, in illo manet, et ipse in Deo.* Obedientia facit homines divinos, IX, 114, 1. Obediens superiori, a Deo recta dirigitur ad portum salutis, X, 257, 2; XVI, 85, 2. Obedientia est portus tutissimus, VII, 516, 2. Obedientia et fides in Christum causa est quod gentes sint electæ ad justitiam, XVIII. 173, 2.

Tertio. Obedientia facit nos in Deo omnipotentes, VI, 127, 1, 2. Obedienliæ fructus est ut Deus ipso vicissim homini obediat, IU, 64, 2 : *Non fuil antea nec postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis et pugnante pro Israel.* Ex obedientia fluit gratia miraculorum, VII, 521,2.

Quarto. Obedientiæ fecunditas el messis vitæ æternæ, XI, 637, 2 : Sí *posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longxvum, ct voluntas Domini in manu ejus dirigetur.Obodions* verus non potest mori, I, 248, 2. In cœlis coronatur, V, 33,1.

OBJECTIO. Objectiones variæ contra auctoritatem libri quarti *Esdrx,* IV, 262, 1,2; 263, 1 (Kíd¿ Esdras). Objectiones contra *Ecclesiaslen,* VII, 1,1 (Fide Ecclesiastes).

OBJECTUM, r Objeclum formale fidei est revelatio Dei, XIX, 122, 1. Objectum amoris justi et sapientis virlus est, VII, 137 el seq. Objeclum servitutis Pauli erga Deum, XIX, 319, 2. Objeclum peccati ad peccandum allicit, X, 28, 2.

Objeclum duplex epistolarum Pauli, dogmaticum el ethicum, XIII, 19.

OBJURGATIO. Objurgatio acris viliorum rubiginem delergil, VI, 282, 2. Æquo animo est admittenda, 293, 2 (*Vide* Correctio, Correptio, Ixciu.patio).

OBLATIO, OFFERRE. <° Oblationes pro templi*.) quare vocentur initia sanctorum, IX, 254,1: *Dalum brachiorum tuorum, et sacrificium sanctificatio-*

nis offeres Domino, et initia sanctorum. Oblationes quas fideles offerunt sacerdotibus, non intelligit Apostolus per altare, ut vult Beza, XIX, 519y i : *Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt.* Oblatio inunda quæ nomini Dei offerenda promittitur, quænam sit, XIV, 560, 2. Ostenditur esso sacrificium eucharisticum,561, 1, 2 et seq. Oblatio mystica quænam bæreticis sil, 561,1 *(Vide* Euchar ist ia).

2* Oblatio ut Deo placeat, octo ad eam requisita, X, 222, 2 : *Da Altissimo secundum datum ejus, et in bono oculo adinventionum facito manuum tuarum; quoniam Dominus retribuens est, et septies tantum reddet tibi.* Oblationes iniquorum sunt irrisiones Dei, 205, 1 : *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, et non sunl beneplacito subsannationes justorum.* Eas ipse reprobat, *ibid.,* 2; 206.2: *Dona iniquorum non probat Allissimus, nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudines sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis;* 207, 1 : *Qui offert sacrificium cx substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris;* 210, 1. Offerens spolia pauperum quinque gravia scelera committit, 207, 2. Victimat quodammodo Christum, 208, 1. Oblatio tristi animo oblata Deo displicet, XIII, 401, 2 ; Von *libabunt Domino vinum, et non placebunt ei : sacrificia eorum quasi panis lugentium; omnes qui comedunt eum, contaminabuntur.* Oblationes Christianorum vim suam habent ex opere operantis, V, 453, 2 : *Victimx impiorum abominabiles Domino; vola justorum placabilia.*

3° Oblationes spirituales, et holocausta, quæ sint dicenda, *Psalm.* 1, 343, 2 : *Benigne fac. Domine, in bona voluntate tua Sion, ut xdificentur muri Jerusalem. Tunc acceptabis sacrificium, oblationes el holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos.* Oblatio summa est obedire Deo, VII, 193, 1 : *Multo enim melior esl obedientia quam stultorum victimx.* Perfecta nnimæ oblatio in quibus sila sil, XVIII, 202, 1 : *Obsecro itaque, vos fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanciam. Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. St nolite conformari huic sxculo, sed reformamini in novitate sensus vestri, ut probetis qux sil voluntas Dei bona, et beneplacens et perfecta.*

OBLECTATIO. Oblectatio lucis, VII, 374,2.

OBLIQUUS. Obliquæ quomodo dicantur fuisse •empli fenestræ,XII, 812, 2. Obliquæ feneslræ thalamorum mystice designant mentes contemplativas, 796, 2.

OBLIVISCI. OBLIVIO. !• Oblivio rci nullius proprio in Deo est, XIII, 292, 1 : *Oblivione obliviscar eorum.* Oblivisci quomodo conveniat Deo, *Psalm.* I, 287, 2 : *Quare faciem tuam avertis, oblivisceris inopix nostrae, el tribulationis nostri ?* Oblivionis eubilæ exempla, XVHI, 189, 2.

2° Oblivio sui et Dei est grande malum, XII, 613, 2: *Et post omnes abominationes tuas non et recordata dierum adolescenlix tux.* Oblivio Dei radix peccatorum, *Psalm.* I, 55,1 : *Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes qux obliviscuntur Deum.* Oblivio extremorum periculosa, *Job,* 229, 1. Oblivio propositi sui sæpe lapsus est occasio, XV, 593, 2. Oblivio beneficii summus gradus ingratitudinis, *Job,* 210, 2 : *Sic vix omnium qui obliviscuntur Deum, el spes hypocrilx peribit.* Oblivionis mira exempla, sed longe major est peccatoris, XII, 35, 1 : *Humquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fascix pectoralis suxi Populus vero meus oblitus esl mihi diebus innumeris.*

3° Oblivisci injuriæ heroicum est, IX, 299, 2 : *Omnis injurix proximi ne memineris, et nihil agas in operibus injurix;* XVIII. 217, 1 : *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.* Oblivisci mundum, quid, *Psalm.* I, 298, 1 : .Iudí, *filia, el vide, et inclina aurem tuam; et obliviscere populum tuum et domum patris tui.*

OBMUTESCERE. Obmutescere pro *mon* capitur interdum, XII, 701, 1.

OBNUBERE. Obnubere antiquis quid esset, XVI, 327, 2.

OBODA. Oboda rex Syri® quomodo et quando obierit. XL 206, 1. Ejus typus fuit Nasis rex Damasci, *ibid.*

OBOLUS. Obolus veterum erat sluferus, I. 713,2.

OBRIZUM. Obrizum aurum quod sit, XII, 91, 1. Obrizum aurum unde, III, 602, 2.

OBSCURITAS. !• Obscuritas ad impinguationem animalium conducit, XIII. 597, 2.

2° Obscuritas ortus aniiuæ quanta, VII, 372, 1. Obscuritas libri Danielis unde pateat, XIII, 4, 2; 5, 1. Obscuritas Oseæ prophetæ et aliorum, 235, 1; 277, 1, 2. Obscuritas in explicando Ezochielico templo, XII, 776, 1, 2. Obscuritas eruta parit dulcedinem, V, 29, 2.

OBSECRATIO. Obsecratio quod sit proprie, XVIII, 684, t ; XIX, 192, 2 (J'íde Or at io).

OBSEQUIUM. Obsequium rationabile quid sit proprie, XVIII, 201, 2. Obsequii prompti symbolum est cingulum, XII, 112, 2. Obsequia similia sunt ficui, VI, 48, 1, 2.

OBSERVARE, OBSERVANTIA. OBSERVATIO. *!• Observans ventos non seminat,* quid sil, VII, 369, 2. Observandae sunt opes domestica» propter fures, X, 367, 1.

2° Observatio legis et mandatorum est tacita oratio, X, 213, 1. Item mysticum sacrificium, *ibiiL* Observatione mandatorum amorem nostrum iu Deum testamur, XX, 535, 1 ; 536, 2 *(Eide* Auqjl Dei, Mandat a, Or at io).

3* Observantias quas damnet Apostolus, XIX, 97, I. Quousque legis Mosaicæ observantia durarit, Will, 230, 2.

4° Observantia reguiaris potior esl sanitate et ita, IV, 420, 2,

üBSWSUS, OBSIDIO. Obsessis nil atrocius accì- **Üt** quam sitis, IV, 230, 2. Obsidio Jerusalem praedicitur fatura per Nabuchodonosorern, XII. 536,1,2. Obsidio Judæorum a Tito quam fuerit arcta, XI, **MI,** 1 *(Vide* Jer usal em).

OBSTETRIX. Obstetrices flebræorum in Ægypto erant Ægyptiæ, I, 433, 2. An fuerint menli'œ, 435, 1. Quas domos Deus eis dedit, 436, 1 et seqq. Obstetrices medientes acceperunt a Deo domos, aed non propter mendacium, IV, 335, 2.

OBSTINATIO, OBSTINATUS. !• Obstinatio est peccatum ad mortem, XX, 620, 1, 2 : *Eli peccatum ad mortem, non pro illo dico ut rogel quis.* Obstinatio mentis qpinquo signa, XVIII, 490, 1, 2: *Dedit illis Deus spiritum compunctionis; oculos ul* ***non*** *videant, aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.* Obstinatio haereticorum, XX , 671, 4 : *V* illis, quia in via Cain abierunt, et* ***errore*** *Balaam mercede effusi sunl, el in contradictione Core perierunt !* Obstinati sunt indociles, VI, 354, 2 el seq. : Si *contuderis stultum in pila quasi ptisanas, feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stuUilia ejus.* Obstinati in malo sæpe, dum consilium quærunt, non inveniunt, V, 408, 2 : *Qurrit derisor sapientiam, et non invenit ; doctrina prudentium facilis.* Obstinatio in peccatis designatur per talentum plumbi, XIV, 421,1. Obstinati et superbi, cur cedro similes,*Psalm.* I, 164,2.

2* Obslinalos detestatur Deus, IX, 531, i : *Qui gaudet iniquitate, denotabitur ; el qui odii correptionem, minuetur vita.* Obstinatio sæpe tractum Dei impedit, XVI, 399, 2 : *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus, qui misit me, traxerit eum.* In gravia etiam peccata et scandalosa corruunt obstinati, VI, 391, 2 : *Viro qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei superveniet interitus, el eum sanitas non sequetur.* Et tandern ea quasi virtutes defendunt, 392, 1. Plerumque male pereunt, et a Deo deseruntur, 391, 2.

3* Obstinati non sunt suavi monitione mulcendi, sed acriter contundendi, VI. 282, 2. Sunt dure increpandi, XVIII, 571, 1 ; XIX, 325, 2 : *Quam ob causam increpa illos dure, ul sani sint in fide,* 334, 1 : *Hxc loquere et exhortare, el argue cum omni imperio.* Obstinati similes sunt porcis et canibus, nec corripiendi nisi ad aliorum bonum, XV, 207, 1 : *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, el conversi dirumpant vos (Vide* Obdur at io).

OBTRECTATOR. Obtrectator est etiam qui alienis verbis aliquem defert, IX. 532, 1 Obtrectationis mala, XVIII, 565. 1 *(Vide* Det r act io).

OBTURARE. Obturare aurem idem est quod non •udire, VI. 108. 2.

OBUMBRARE, OBUMBRATIO. Obumbrare quomodo dicatur Deus in Scriptura, XX, 68, 2. Obumbratio Spiritus sancti quomodo intelligenda, XVI, 23, 2 el seqq.

OCÇASIO. 1° Occasio est tempus actionis opportunum, ejus definitio, V, 558, 2 : *Occasiones quarti qui vult recedere ab amico; omni tempore erit exprobrabilis.* Occasionis descriptio, XVIII, 577, 2 : *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fides.* Occasionis emblema, IX, <60, i. Occasio in actionibus observanda, *ibid. : Fili, conserva tempus, ct devita a malo.* Occasio bene agendi non est negligenda, sed captanda, VI, 506, i : IX, 420, 2 : Aon *defrauderis a die bono, el particula boni doni non le pratereal;* 421, 1; X, 27, 2; XVII, 55, 2 : *Non est vestrum nosse lempora vel momenta, qux Pater posuit in sua potestate.* Occasio rei bono gerenda» æslate denotatur, V, 279, 2 : *Qui congregat in messe, filius sapiens est; qui aulem slerlit astate, filius confusionis.* Dum ea est obvia, apprehendenda est, 260, I, 2 : *Da sapienti occasionem, el addetur ei sapientia. Doce justum, et festinabit accipere.* Occasio captanda est persuaderò aliquid conanti, VI, 265, 2 : *Mala aurea in lectis argenteis, verbum dictum in tempore suo.* Occasionibus serviendum, XVIII, 223, 2 : *Et hoc scientes tempus, quia hora est jam nos de somno surgere.* Occasionem patiendi fugere licet, XX, 373,1.

2* Occasio peccati fugienda, IX, 134, 2 : *Cor durum male habebit in novissimo : et qui amat periculum, in illo peribit.* Occasiones peccati etiam charissimæ, rescindendæf XV, 166, 2 : *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, el projice abs te ; expedii enim libi ut pereat unum membrorum tuorum, quam lotum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde et projice abs te; expedit enim libi ul pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eal in gehennam.* Occasiones lapsus cavendae, quod exemplo Davidis in adulterium lapsi, probatur, III, 478, 2* Occasiones peccatorum non vitantes quam stolidi sint, XIII. 384, 2 : *Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor.* Occasiones peccati ponit Deus pro fine, XVIII, 52, 2. Occasio omnium scelerum sunt opes, VII, <01 *(Vide* Divit ia).

OCCIDENS. Ad occidentem templi nulla porta erat, XII, 782, 1. Occidentis pars in castris Hebraeorum quid significet, II, 200, 2.

2® Optimum et pessimum quid sit, X, 422, 2. Optima Deo offerenda, VI, 40, 2; XIV, 558, 2 : *Offertis super altare meum panem pollutum, et dicitis : In quo polluimus te ? In eo quod dicitis: Mensa Domini despecta est ;* 567, 1 : *Maledictus dolosus qui habet in grege sua masculum, et votum faciens immolat debile Domino;* XVI, 504, 2 : *Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi, el unxit pedes Jesu (Vide* Oblatio, Sacrificium. Victims). Optima sectanda sunt, exemplo apis, IX. 333, 4 : *Brevis in volatilibus esi apis, et initium dulcoris habet fructus illius.*

OPULENTIA. Opulentia veterum consistebat in pecoribus et agris, X, 446, 4.

OPUS, OPERA. 1. Opera Dei et Christi. 4® Opus primum Dei Patris fuit æterna generatio Filii, XIII. 366.4 : *Quasi diluculum prxparalus est egressus ejus.* Opus Domini dicitur creatio et gubernatio et redemptio Christi, XI, 459, 4 : *Et opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis.* Opus Dei per excellentiam fuit redemptio generis humani e captivitate diaboli et peccati, XIV. 244, 2 • *Domine, opus tuum, in medio annorum vivifica illud.* Opus sumus Dei, XVII, 335, 2 : *In ipso enim vivimus, movemur el sumus..... Ipsius enim el genus sumus.* Quomodo opus simus Dei. XVIII, 233, 2 : *Noli propter escam destruere opus Dei.* Opera Dei omnia ad justum pondus sunt facta, V, 495, 2 : *Pondus et statura judicia Domini sunt, el opera ejus omnes lapides sacculi;* Job, 708, 2. Opera Dei mire perfecta sunt, IX, 501, 2 ; *Quis sufficit enarrare opera illius? Quis enim investigavit magnalia ejus? Virtutem autem magnitudinis ejus quis enuntiabit? aut quis adjiciet enarrare misericordiam ejus?* XVI, 332, 4. Opera Dei sunt misericordia vera ct justa, IV, 278. 4 : *Omnes vix lux misericordia, el veritas el judicium.* Opera Dei sunt vera tripliciter, XIII, 41, 2 : *Universa opera tua vera, et vix lux rectx, et omnia judicia tua vera.* Opera Dei conformia sunt verbis illius, *Psalm.* 4, 494, 4 : *Rectum est verbum Domini, el omnia opera ejus in fide.* Opera Dei omnia sunt valde bona, tum Deo, tum nobis, tum toti universo, X. 340, 2 : *Date nomini ejus magnificentiam, et confitemini illi in voce labiorum vestrorum..... el sic dicetis in confessione : Opera Domini universa bona valde.* In iis celebranda sunl maxime bonitas et potentia, 311, 4. Hæc bona sunt, quia ipse omnia suo tempore et opportuno exhibet, 322, 4,2 : *Omnia opera Domini bona, el omne opus hora sua subministrabit.* Horum singulis Deus effigiem suam insculpsit, 376,2 : *Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, qux confirmavit Dominus omnipotens stabiliri in gloria sua ?* Mire hæc per sapientiam exornavit, 379, 2 : *Magnalia sapienti* sux decoravit: qui est ante sxculum, el usque in sxculum, neque adjectum est, neque minuitur, et non egei alicujus consilio.* Eis nihil additum aut diminutum est, *ibid.* Quam ea sint speciosa, amanda ct utilia, *ibid,* et seq.: *Quam desiderabilia opera ejus, el tanquam scintilla. qux est considerare.* Sunt ea velut scintilla divinitatis, 380, 4. Digna sunt admiratione et consideratione, *ibid.* Ex iis ad Deum debemus ascendere, *ibid.* In iis Deus ipso intiine præsens est per essentiam prasenliam , potentiam , *ibid.* Quomodo ea in saeculum manere dicantur, Deoque obediant, 384, 4 : *Omnia hxc vivunt, el manent tn sxculum, el tn omni necessitate obaudiunt ei.* Eorum diversitas, el tamen ordo et connexio, *ibid.,* 2. Nemo eorum consideratione se potest satiaro, 382. i : *Uniuscujusque confirmavit bona-, e/ quis satiabitur videns gloriam ejus ?* Opera Dei investigabilia sunt, *Psalm.* I, 9, 4, 2 : *In mari via tua, et semilx lux in aquis mullis, el vestigia tua non cognoscentur.* Abscondita sunt ot mirabilia, IX, 337, 2 : *Quoniam mirabilia opera Altissimi solius, el gloriosa, et absconsa, el invisa opera illius.* Sunt velut fencslræ per quas videtur Deus, 429. 2 : *Beatus vir..... qui respicit per fenestras illius, el in januis illius audiens.* Opera Dei non scrutanda, 430. 2 : *In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi;* Job, 688, 1 : *Quis poterii scrutari vias ejus? aut quis potest ei dicere: Operatus es iniquitatem? Memento quod ignores opus ejus, de quo cecinerunt viri.* Cur plurima eorum captum nostrum superent, 430, 2; 468, 2 : *Nam plurima illius opera sunl in absconsis : sed opera justitiæ ejus quis enuntiabit, aul quis sustinebit?* Eorum multa nos latent quæ non videmus, X, 423, 2 : *Quis videbit eum et enarrabit ? el quis magnificabit eum sicut est ab initio ?* Ea digno ab homine nec laudari, nec recenseri queunt, 415, 2 : *Multa dicemus el deficiemus in verbis ; consummatio autem sermonum ipse est in omnibus.* Dei opera sunl silentia, cur. VIII, 627, 4. Operibus Dei nihil deesl, nui justus eorum laudalor et estimator. I, 75, 2 XXI, 434, 2. Opera Dei non solum sensibus percipienda, sed animo consideranda, *Job.* 296, 2. *Ecce omnia hxc vidit oculus meus, el audivit auris mea, et intellexi singula.* Opera Dei revelaro honorificum osi, et celare periculosum, IV, 305, 4 : *Etenim sacramentum regis abscondere bonum est : opera autem Dei confi'eri honorificum est.* Opera Dei movent homines ad fidem, *Psalm.* I, 494, 4. Operum Dei duratio, VII, 445, 4 : *Didici quod omnia opera qux fecit Deus, perseverent in perpetuum; non possumus eis quidquam addere vel auferre, qux fecit Deus ul Umeatur (Vide* Deus).

Opera SS. Trinitatis ad extra sunt indivisa, et tribus personis communia, XIV, 584, 2; XVI, 544, 2; XVUI, 72, 2 (Vide Trinitas).

2* Opera Christi erant perfecta, XV, 81,2. Opera theandrica Christus non sibi, sed Patri suo attribuit, XVI, 84, i. In iis nihil juris habebant parentes ejus, 329, 1. Opera Christus in dies excellentiora edebat, unde videbatur crescere in sapientia el gratia apud Deum et homines, 87,4,2. Hæc do eo testimonium perhibebant, 384,4.Opera majora quam Christus faciet credens in eum, 545, 4, 2 *(Vide* Jesus Christus).

II. Opera ab hominibus facta.— !• *Operum necessitas ad salutem.* Opera ad salutem requiruntur, XV, 525, 2 el seq. : *Quinque falux, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum : prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus;* 718, 2 : *Qui crediderit et baptizalus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur.* Operum necessitas, vis, integritas, XVI, 559, 4 : *Omnem palmitem in me non ferentem frudum, tollet eum; et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut frudum plus afferat ;* XVIII, 58, 4, 2; 59,2: *Reddet unicuique secundum opera ejus, iis quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam, et honorem, et incorruptionem quxrunt, vitam xternam : iis autem qui sunl ex contentione, et qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira el indignatio;* 478, 2: *Corde enim creditur ad justitiam : ore autem confessio fit ad salutem ;* 269, 4 : *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem;* XIX, 286, 4 : *Fidelis sermo: nam si commortui sumus, el convivemus, si sustinebimus, el conregnabimus.* Opera praeter fidem ad salutem et electionem ad gloriam requiruntur, XX, 4, 4; 82, 4, 2 : *Estote autem factores verbi, et non auditores tantum;* 422.4.2; 423, 4 : *Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat ? Numquid poterii fides salvare eum;* 428,2 : *Vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mor* tua est. Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare ? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius , el ex operibus fides consummata est ;* 421, 4 : *Quapropter, fratres, magis saiagile ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis : hxc enim facientes, non peccabitis liquando;* 560, 1 el seq. : 5i *scitis quoniam justus est* (Chrislus judex), *scitote quoniam el omnis qui facit justitiam ex ipso natus est;* 568, 2 ; *Filioli, nemo vos seducat, qui facit justitiam, justus est.* Ea tribuunt fidei perfectionem el consummationem, <29, 1 : Sunt ejus vHa et lingua, 425, 4 : *Sic et fides, si non habeat opera, mortua est in umelipsa.* Jungenda sunl orationi, 582, 4,2 : *diarissimi, si cor nostrum nnn reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. Et quidquid ptlicri-*

mus, accipiemus ab eo; quoniam mandata ejus custodimus, et ea, qux sunl placita coram en, facimus. Propter opera electi cœlo adjudicantur, XV, 536,4 : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi; esurivi enim, et dedishs mihi manducare ; sitivi, et dedistis mihi bibere,* etc. Paulus esto per gratiam salvos nos dicat, opera tamen requirit, XVIII, 76, 2 ; 79, 2. Opera satisfactoria astruuntur, II, 36. 2. Operibus piis pro pœna peccato debita satisfacimus, V, 490, 4 : *Misericordia et verilate redimitur iniquitas; el* in *timore Domini declinatur a malo.* Operum scientia efficax, VIII, 435, 1 : /n *manu enim illius, el nos, el sermones nostri, el omnis sapientia, et operum scientia, el disciplina.* Opere ipso lex est adimplenda, V, 485, 2 : *Liga eam* (legem) in *digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis lui.*

Opera verbis consentiant, V, 455, 4 ; 585, L Opera consona debent esse cordi el on, *Psalm.* I, 67.2 Opera doctrinam confirmant, X, 433, 4. Opere condonandum esi priusquam ore, XIV, 318, 1. Operibus laudandus Deus, *Psalm.* I, 193,4,2. Opere sancti tripliciter Deum laudant, X. 423, 4.

Operibus bonis jugiter est incumbendum ob incerliludinem mortis, XV, 528, 4 : *Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.* Sunt ea facienda in hac vita, post mortem non erit faciendi opportunitas, VI, 48, 4 : *Propter frigus piger arare noluit ; mendicabit ergo xstate et non dabitur illi;* IX, 422, 2 et seq. : *Ante obitum tuum operare justitiam, quoniam non est apud inferos invenire cibum.* Opera pigri ob laborem sibi putant impossibilia, 456, 4. Opera bona faciendi occasio ubique occurnl, X, 27, 2.

2* *Dei gratix necessitas ad opera bona facienda** Opera fidei et gratis non sunt tribuendi voluntati, sed fidei et graliæ, XX, 80, 4. Opera gratiæ quæ sunt ad vitam aeternam non sunt in hominis potestate sine Dei inspiratione el auxilio, XII, 94,2: *Scio, Domine, quia non est hominis via ejus : nec viri est ul ambulet, et dirigat gressus suos.* Operis initium, volitio, conatus, finis el exitus Deo ab *Ecclesiastico* tribuuntur. IX, 40, 4. Operis supernaturalis dignitas tota est a gratia, XVIII, 25, 4. Operis laus Deo tribuitur, X, 437, 2 : *In omni opere dedit confessionem Sancto el Excelso in verbo glorix.* Opus virtutis est nobis a Deo datum, et nos beans, 569, 4 : *Operamini opus vestrum ante tempus, et dabit vobis mercedem vestram in tem* pore suo.* Quomodo nobis ea opera Deus præparet. XVIII, 603, 2 : *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis qux prxparavU Deus, ul* tn *illis ambulemus.* Eorum bonitas Deo est tribuenda, 432, 2 ; *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis ; sed sufficientia nostra ex Deo est.* Quomodo opera bona tribuantur graliæ, vocationi et electioni Dei, non libero arbitrio 24, 2. Homini tamen aunt libera, el

a libera voluntate pendent, 280, 2; 303, 2 : *Unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic, 603,* **i,** 2. Opera graliæ sunt turn graliæ, turn liberi arbitrii, V, 61,1: *Quia Dominus dat scientiam, et ex ore ejus prudentia el scientia.* Opera naturalia possimi facere infideles, non eaquæ sunt graliæ, XVI, 561, 1, 2 : *Ego sum vilis, vos palmites : qui manet in me, cl ego in eo, hic fert fructum multum; quia sine me nihil potestis facere.* Ex interna Christi gratia homo vim babel opera bona producendi, 560,1,2: *Sicut palmes non potest ferre fructum asemelipso, nisi manserit in vile, sic et vos. nisi in me manseritis.* Solis naturæ viribus facia opera, Paulus û justificatione excludit, X\ III, 59, 2. Opera solis naturæ viribus facta imperlinenlia sunt ad gratiam el sanctitatem, 280, 2 : *Quis aulem te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?* Per Opera meritoria nostra non minuitur, sed illustratur gratia Christi, 76, 2. Sunt dona Dei, 303, 2.

Attamen moralia opera infidelium non sunt peccata, XIV, 34o, **i;** XVHI, 235, 1 : *Omne autem quod non est ex fide, peccatum est;* XIX, 327, 1 : *Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil esl mundum, sed inquinata: sunt ecrum el mens, el conscientia.* Opera infidelium qualia, *Psalm.* I, 69, 1, 2.

Opera omnia justorum non sunt peccata, nt impie vultCalvinus, I, 134, 2; XI, 742, 1. XVIII,68, 2.

3® *Opera nostra qua ratione sint facienda.* Primo. *Opera nostra quomodo peragere debeamus,* VII, 319, 2 et seqq. : *Quodcumquc facere potest snanus lua, instanter operare : quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Quæ in iis consideranda, XVHI, 294, 1. Operis decor et præslanlia elucet in ejus modo, ordine, perfectione, VI, 190, 1. Eorum principium pendet a fine el medio, V, 5G8, 1 : *Qui mollis esl el dissolutus in opere suo, frater est sua opera dissipantis.* Quomodo et qua intentione facienda sint, 383. 2. Opus bonum pulest reddi malum ob malam intentionem. 483, 1,2 : *Omnes vix hominis palent oculis ejus : spirituum ponderator est Dominus.* Opera omni vilio carere debent, 669, 1. Non sunt vitianda aliqua prava circumstantia, IX, 50!, 2; *Fili, in bonis non des querelam, el in omni dato non des tristitiam verbi mali»* Opus bonum debet habere omnes suas circumstantias positivas et negativas, si vel una desit, desinet esse bonum, erilquo malum, XIV, 345, 1. Opus bonum quomodo interdum sinistra cogitatione inquinetur, XII» 799> t» 800, i.

Secundo. *Opera nostra ita sunt facienda, ut sint digna Deo,el quomodo id fiat,* XX, 642, 2. Modus Id faciendi. 642, 2 et seq Quam ea excellenter et perfecta facere debeamus, X, 182, 1 ; 183, 1 : *In omnibus openbus luis prxcetlens esto. Ne dederis maculam ingloria tua;* XVIII, 588. 2 : *Sicut ele-*

ffU rw4 in *ipso ante mundi constilulionem, ul esse- mussandi et immaculati coram* eo.Opera perfecto faciendi praxis et modus, X, 182, 2; 183, 1, 2; XIV, 134, 1, 2 ct seq : *Indicabo libi, o homo, quid sil bonum, el quid Dominus requirat a te: Utique facere judicium, el diligere misericordiam, el sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Sanctum opus sancte fieri debet, cur, VIII, 402,2: *Qui enim custodierint justa ¡uste. Justificabuntur, et qui didicerint ista, invenient quid respondeant.* Opera etiam corporalia et sæcularia, quantum* cumque levia, sollicito sunt facienda, XIV, 134,1.2 el seq. Opera indifferentia ad Dei laudem etiam sunt facienda, XIX, 107, 2 etseq. : *Omne quodcumque facilis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.* Opera nostra minima, undo valorem excipiant. *Psalm.* 1, 25, 2, Opus vulgare excellenter lactum fit excellons. IX. 426, 2 : *Omne opus electum justificabitur : el qui operatur illud, honorabitur in illo.* Opera non plena, sed vacua sunt sexlupliciler, XXI, 68, 1 : *Non invenio opera lua pitna coram Deo meo.*

Opera nostra omnia in Deum tendant, XIII, 232, t. Opera omnia cum Deo incipienda ct finienda sunt, XVII, 112. 2 cl seq. Eorum initium ot finis Deo oíTercnda, X, 220. 2 : *In omni dato hilarem fac vultum tuum, et in exullalionc sanctifica decimas luas.* Sunt ad Dei gloriam facienda, XV, 181, 1, 2 : *Attendile ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ul videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in calis esl.* Talia raro proferant falsi doctores, 212, 2. Opera omnia nostra Deo sunt offerenda, II, 24, I : *Omnis adeps Domini erit jure perpetuo in generationibus, et cunctis habitaculis vestris.* Opera etiam fabrilia Deo sunt offerenda, XVIII,684, 2. Ei omnia opera sunt commendanda, ul ipse ea dirigat, V, 485, 2 et seq. : *Devela Domino apera lua, et dirigentur cogitationes lux.* Ea variis modis ab eo diriguntur,VI, 75, 2 : *A Domino diriguntur gressus viri : quis autem hominum inlelligere palesi viam suam ?* Anio ea Deus invocandus, X, 303, 2: *Cor suum ¡radei ad vigilandum diluculo ad Deum qui fecit illum, el in conspectu Altissimi deprecabitur.* Operis initio formanda crux, XIX. 53, 2.

Tertio. *Opera debent fidei jungi, et esse ei conformia,* XVI.I, 60, 2 : *Non enim auditores legis jusli sunt apud Deum, sed factores legis justi/tabuntur;* XIX, 1 ¡7, 1 : *Dignetur vos uncatione sua Deus noster, el impleat omnem voluntatem bonitatis el opus fidei in virtute..* Opera quæ Deo placent sunt in fide, sicut in radice, *Psalm.* I, 194. 2: *Ilectum est verbum Domini, el omnia opera ejus in fide.*

Quarto. *Opera omnia ad justam rationis normam mensuranda sunt,* IX, 186, 2. Operis veritas in quo consistat, XIII, 375,1. Quid sil operis mendacium, *ibid.*

QnInto. *Operum meritum in magnitudine charitalis consistit.* XVII, 238, i. Opera non prosunt sine charilnlo, XVIII, 379, I : *Si linguis hominum loquar. tI angelorum, charilatem autem non habeam. factus sum velul M sonans, aul cymbalum tinniens.* Prosunt tamen pœnitenli ante reconciliationem. *ibid.* Opera lepida quæ damna creent* V, 369, 2 : *Manus forhum dominabitur : qux aulem remissa esl tribulis serviet.* Operibus bonis acriter incumbendum est X, 131, 1.

Sexto. *Opera virtutum heroica nobis patranda sunt, et quomodo.* XVII. 59. 2. Opera heroica farther aggredienda sunt. XVI, 140, 2 : *Facium esl autem, dum complerentur dies assumptionis ejus, et ipse faciem suum firmavit ul iret in Jerusalem.* Omnia opera magna fiunt el facta sunl per constantiam, X. 33* i.

Septimo. *Opera nostra ut digna fini, unienda sunl meritis Christi.* X, 220. 2. Opera el passiones nostras actionibus et passionibus Christi unire dóbetnua, XX. 241, 1.

Octavo. *Opera bona a vanitale circumcidenda sunt.* V. 156. I. quomodo legenda sini el occultanda* II* 453, 1,2 : *Non operaberis in primogenito bovis, el non tondebis primogenita ovium.* Opera bona quomodo occultanda simul el ostentanda XV, 156, 1 : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ul videant opera vestra bona, el glorificent Patrem vestrum qui* in *calis est.* Eorum vim elidit vana g'.oria. 181, 1 : *Attendite* ne *jusli* tiam vestram facialis coram hominibus, ut videamini ab cis : alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui* in *calis est.* Operum bonorum venenum præsumplio* *Psalm.* I, 25, 1. De eorum bonitate hominis sibi blandiri non debent* VI. 95, t : *Omnis via viri reda sibi videtur; appendit autem corda Dominus.* Opus secretum Dims praedicat* XV, 182. 2 : *Te aulem faciente eleemosynam, nesciat sinistra lua quid faciat desterà lua. ul sil eleemosyna lua in* abscondito. *el Paler luus. qui videt* in *abscondito, reddet libi.*

4° *Varia operum genera.* Operum bonorum tria genera, IV, 305, 1 : *Ilona est oratio cum Jejunio el eleemosyna, quam thesauros auri recondere.* Tria bonorum operimi genera per tria dona magorum designantur, XV,82, I. Opera misericordia* corporalia ct spiritualia sunl septem, 536, 2 *(Vide* Misericordia). En omittentes damnantur. 528* 2. Ea proximo exhibita sunt velul unguenta quibus ungitur Christus. 5i5. 2; 717, 1. Opera tam bona quam mala velul sol rutilant in conspectu Dei* IX. 483, 2 el seq.. *Et omnia opera illorum velul sol in conspectu Dei; el oculi ejus* vine *intermissione inspicientes in viis eorum.* Opera carnalia el spiritualia lana el lino repnvsenlanlur, VI, 497. 1.

Opera omnia non sunt pr.ecepti* sed aliqua consilii. X\III, 331.2. Opus manuum etiam viris spiritualibus ol aposlolicis commendatur, XVII, 27, 2. Opera exteriora frontibus ædificiorum templi mystico designantur, XII, 796, 1. Cuncta bona opera per quinque sensus exhibentur* 798, 1.

5* *Operum bonorum fructus el merces.* Primo. *Opera pia el virtutum sunl quasi proles el semen;* XI, 658. 2, 659, 1 : *Hxc dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea. el elegerint qux ego volui, el lenuennl fifdus meum; dabo eis* in *doma mea. el in muris meis locum, et nomen me* Dus a filiis et filiabus : nomen sempiternum dabo cis. quod non peribit.* Item opera ch »ritalis et sanctitatis exempla, 660, 2. Opera boni sunt quasi fructus hominis, el velul filii, IX. 190,2; 360, t 2 *Ante mortem ne laudes quemquam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir.* Opera bona tam suoi messis quam semen. II. 178, 1 : *Apprehendet m'Ssium tritura vindemiam, el vindemia occupabit sementem* Opus bonum semen est motions* XIII* 421, 2: *Seminale vobis in justitia, el metile in ore misericordia.* Opus unum bonum viam sternit ad aliud, XVII, 113, 1. 2. Opera bona sunt semen aeternitatis* \IU, 421, 2.

Secundo, *hpru bona Datm nobis propitium reddunt.* VII, ID. 1 : *Gaudium jusil esl facere* Judicium, *el put ur operantibus iniqudulem.* La sola parant gaudium. III, *t.* Mire placent Deo. XIX, 521* 2 : *Beneficent<x aulem el communionis nolite obhvisri talibus tnirn h'»shu promeretur Deus.* Doo grata m»iii *J,b.* 464 2. Opera iu>iit»æ nobis prosunt, m>» Du 4b4. I : *Q id prodest Deo.* si *justus fueris.' nui <p*id ei cmi/ers.* si *immaculata /ucrit lila lua !* Opet bona cl vit.»* mutatio Deum ad clementiam flcviunt, XIV, 307, 2 el seq Opera fidei, timoris cl >|» i quæ fiunt ox legís proscripto, peccatorem ad justitiam disponunt si ex charitalo funi, de condigno un rvnlur jilsliÜæ augmentum. Will. 60. I. De« |. rant operantem esse ju Unii* *ibid.* Opera justificant nos quo sensu* \I\. V»t». t. Sunl nostra lum,». Will, 679. 2 : *Siale rrgo s ' cincti tumbas tnlr * in rítale ; el induti loricam ju^litar.* Opera jusiorun prosperantur, IX, 138, 2 : *Sapirns cor el iiddI^ gibile abstinebit se a peccatis, cl in operibus indili^ successus habebit.* Opera I ona sacrificium sunt justitiiO* *Psatm* I, 25. 2 : *Sacrificale sw rificmm justihsr el sperate* in *tiomino : multi dicunt, gni, ostendit nobis bona T* Vocantur lux. W III, 653* 2 t *Ut filii lucis ambulate, fructus enim lucis esl m* omni *bonitate, el justitii?el veritate.* Opera bona justis spem addunt in morto. V, 318. I : *Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes, el expeclaho sollicitorum peribit.* Operibus bonis incumbentes, merentur videro angelos, XV, 646, I.

Tertio. *Opera nostra stride expendentur* in d¡e *judicii, et a Deo pro merito vel mercedem vel pt^nam* a *ternam a» ripieni.* Opera hominum judicii sui trutina expendit Deus, V* 483. I, 2: *Omnes vix hominis patent ocuhs ejus; spirituum ponde* rotor est Dominus.* Opera omnia perlecto novit

Dens, tum bona, tum mala, XXI, 359, 1 : *El libri aperti sunt, et alius liber apertus est qui eslvilx; cl judicati sunl mortui ex his qux scripta erant in libris secundum opera ipsorum.* Omnia opera hominum in libro scribuntur qui in die judicii aperietur, XIII, 94, 2 ; *Judicium dedit,* rfl/iôrï *aperti sunt.* Ea afferenda sunt ad tribunal Christi judicis, X, 217, 2 : *Non apparebis ante conspectum Domini vacuus, hxc enim propter mandatum Dei fiunt.* Operum in die judicii exacta ratio a Deo exigetur, XV, 531, 2 : *Post mullum vero temporis venit dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis.* Ea omnia in die judicii per os Christi declarabuntur esse sancta, IX, 426, 2 : *Omne opus electum justificabitur, et qui operatur illud, honorabitur in illo;* 558, i : *Qui operatur terram suam, inaltabit acervum frugum, et qui operatur justitiam, ipse exaltabitur.* Opera quomodo dicuntur ardere, XVIII, 271, 2 : *Uniuscujusque opus manifestum erit; dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur, et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabil (Vide* Judicium).

Operum bonorum merita et merces, XVHI, 58, 4, 2 ; 178, 2 ; 268, I ; XIX, 286, 4 *(vide* supra textus Scripluræ). Per opera bona meremur vitam ætrrnam, XVI, 230, 2et seq.; XX. 50. 2: *Beatus vir qui suffert (entationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromisit diligentibus se.* Signum sunl prædestinalionis, XX, 423, 4 : *Quapropter, fratres, magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem facialis,* lis nititur spes nostra, XVHI, 92, 2 : *Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem, probalio vero spem. Spes autem non confundit : quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui dalus est nobis.* Sunt fundamentum futuri ædificii in cœlo, XIX, 267, I : *Divitibus hujus sxculi prxeipe..... thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant vitam xternam.* Sunt ea cibus permanens in vitam æternam, XVI, 392, 2 : *\pperamini non cibum qui perit, sed qui permanet* m *vdam xternam, quem Filius hominis dabit vobis. Qu»* vocentur opera Dei necessaria ad comparandum panem permanentem in vilain æternam, 393, 2 : *Dixerunt ergo ad eum : Quid faciemus ut operemur opera Dei? Respondit Jesus, el dixit eis: Hoc est opus Dei, ut eredhlis in eum quem misit ille.* Opus modicum factum ex gratia, vitam ælernam meretur, XVIII. <37. 4, 2 : *Non sunl condignx passtones hujus temporis ad futuram gloriam qux revelabitur in nobis.* Opera habent cum gloria aeterna proportionem, et quam, 58, 2. Opera nostra quomodo sint Dei et nostra, et inducant debitum juslitiæ commutativa?, XIX. 313, 4 : *In reliquo reposita est mihi corona justilix, quam redr det mihi Dominus initia die justus judex.* Cur ea dlCADlur corona juxUlM*. 314, i. Opera bona Deus ex justitia remuneratur. *Psalm.* I, 97, I : *El retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam, et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.* Omnia opera non sunt paria, XV, 442, 2 et seqq. **Pro quantitate gratiæ quæ est in operanto,** opera ejus habent pondus, pretium, meritum apud Deum, V, 483, 2. Opera quomodo sequantur sanctos, XXI, 283, i : *Amodo jam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis ; opera enim illorum sequuntur illos.* Ea nos post mortem non deserent, *ibid.* Sunt sarcina viatorum ad tribunal Christi pergentium, XVIII, 575, 2: *Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semelipso tantum gloriam habebit, et non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit.* Hæc hominem in judicio securum reddent, XX, 560, 1, 2 : *El nunc, filioli, manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, et non confundamur ab eo in adventu ejus.* Opera laudant in cœlo beatos, VI, 523, 4.

6® *Quomodo opera bona per peccatum mortificentur et per poenitentiam reviviscant.* Opera bona peccatis sordidans ea perdit et dissipat, item qui ea ad ostentationem facit. XIV, 324, 4. Opera bona per peccatum sequens mortificala per poenitentiam reyiviscunt, et quomodo, XIII, 505, 1 : *Reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, et rubigo, et eruca,* XXI, 67, I, 2.

7® *Opera bona impedire quam sit scelus,* XVII, 373,2. Opera sanctorum quomodo impediat Satan, XIX, 123, 1 : *Voluimus venire ad vos : ego quidem Paulus, et semel, el iterum, sed impedivit nos Satanas.*

8® *Opera mala (Vide* Peccatum). Opera mala laboriosa, *Psalm.* 1, 41, 1, 2 : *Ecce parluriil injustitiam, concepit dolorem, el peperit iniquitatem. Lacum aperuit, el effodit eum, el incidit in foveam quam fecit.* Peccata dicuntur opera carnis, XVIII, 566, i : *Caro concupiscit adversus spiritum, spirilus autem adversus carnem : hxc enim sibi adversantur : ut non qiuecumque vultis, illa faciatis.* Omnia opera mundana intermorientur, IX, 426, 1 : *Omne opus corruptibile in fine deficiet : et qui illud operatur, ibit cum illo.*

9® *Opera legalia.* Opera legalia non conferebant ad delenda peccata, XVIII, 72, 2. Hæc Paulus suggillat, non alia, *ibid.* Judæi jactabant ea, quasi ob ea ad salutem eligendi, <65, 2 et seqq. *(Vidi* Lex Mosaica, Legalia).

OR. Or abbas quot habuerit sub se monachos, XI, 320, 2.

ORACULUM. 4® *Oracula falsorum deorum.* Oracula Gentiles vocabant sortes, XVII, 72, 2. Deorum oracula in somnio captabantur per necromanliam in delubris juxta sepulcra magnatum erectis, XIII, 398, 4. Hem dormiendo super stragula ▼cl super polles arietinas, VI, 472, 2 ; XIII, 552, 2. Oracula per idola edebantur clara voco, XI, 222. 2 el seq. Oracula dæmonum vol falsa, vel plerumque ambigua, ebscura al intricata, X, 196, 2; 497, <;

XI, 51C. <. Oraculum Apollinis quid diviti cuidam rogi responderit, VII, 214, 1. Oracula etiam falsa venderò auro simonia est, XIV, 93 1. Oracula Christus sustulit non tantum apud Christianos, sed et apud Gentiles, silentium eis imposuit, 125, 1. Oracula siluere ante Christi ortum, 333, 2. Plane defecerunt in morte Christi, 236, 2.

2» *Oracula veri Dei el Prophetarum.* Oracula Prophetarum sunl velut litteræ e cœlo delalæ, XIII, 233, 2 Mulla eorum cur perierint el jam non extent, 217, 2. Oracula Prophetarum singulis sæpe capitibus sunt alia et aha, ac novo tempore edita, XI, 19. I. Oraculum de Christo in Bethleem nascituro (uando editum sil a Michæa, XIV, 112, 2. Oracula tua seque attemperat Deus conditioni hominum, et cuique pro suo statu et gradu accommode apparet Deus, XIII, 50«, 1. Oraculum rationalis diu apud Judæos cesserai, XIV, 325, 2. Oraculum Dei in Jerusalem defecit in excidio ejus per Nabuchodonotorem, X, 236, 2.

ORARE, ORATIO. !♦ *Quid sit oratio, quibus rebus significetur et variz ejus formz.* Primo. Oratio omnem mentis ad Deumelavationem, collocutionem, unionem significat. X, 550, 2. Oratio an ab obsecratione distinguatur, XIX, 193, 2 : *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.* Oratio vocatur laus, cur, XII, 378, 2 : *Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini,* XIV, 240, 1. Orationis prima pars est Dei laus el gratiarum acuo, XII, 68, 1 : *Tu ergo, noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis* laudem. Oratio a Dei laude incipienda. XIII, 41,2: *Stans autem Asarías oravit sic; aperiensque os suum in medio ignis, ait : Benedicius es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabile et gloriosum nomen tuum* tn *szcula.* Oratio est collum animæ, *primo,* quia sicut collum erigitur in altum, sic oratio mentem a terra sustollit ad Deum in cœlum; *secundo,* quia sicut per collum spiritus attrahitur ad interiora refrigeranda el roboranda, sic per orationem attrahimus spiritum Dei qui æslus concupisconliæ refrigerat, mentemque animat et corroborat, Vili, 50, 1,2: *Sicut turris David collum tuum, qux edificata est eum propugnaculis : mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Oratio capitur pro oratorio, XVII, 310, 2 : *Factum est autem, euntibus nobis ad orationem, puellam quamdam habentem spiritum Pythonem obviare nobis.*

Secundo, Oratio per thus repraesentatur, X, 226, 2 : *Oratio humiliantis se nubes penetrabit : et donec propinquet, non consolabitur : el non discedet donec Allissimus aspicial,* X. 539, 1. Ropræsenlatur per altare thymiamatis, XVII, 106, 1. Oratio est thymiama ob sex analogias, XXI, 130,1: *Cum aperuisset librum* (Agnus), *quatuor animalia et vtginii quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli cilharas, et phialas aureas plenas odoramentorum, qux sunl orationes sanclorum.* Orationes sanctorum quare odoramentis comparentur, 1, 717, i : *Dixilque Dominus ad Moysen: Sume libi aromata, stacten el onycha, galbanum boni odoris, ei thus lucidissimum, zqualis ponderis erunt omnia; faciesque thymxama compositum opere unguentarii, mixtum diligenler. el purum, et sanctificatione dignissimum. Cumque in tenuissimum pulverem universa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonii in quo loco apparebo tibi.* Sunt velut phials odoramentorum, 216,2. Sunl velut Qores pulcherrimi, 309, 2 ; 310, 1 : *Quasi Libanus odorem suavitatis habete. Florete, flores, quasi lilium, et date odorem, et frondete in gratiam, et collaudale canticum, el benedicite Dominum in operibus suis.* Orationes sunl velut holocaustum, XVII, 233, i. *Dixit autem illi* (Cornelio angelus) : *Orationes lux et eleemosynz lux ascenderunt* tn *memoriam in conspectu Dei.* Oratio esi vitis similis, Vili, 41, i : «Sicut *villa coccinea labia tua, el eloquium tuum dulce.* Per catenam auream denotatur, XV 139, 2.

Tertio. Oratio verbalis et realis quæ, *Psalm.* HO, 1, Oratio silens ex intimo corde HI, 259, Î: *Porro Anna loquebatur in corde suo, laniumque labia illius movebantur, el vox penitus non audiebatur.* Oratio mentalis est hujus vitæ béatitude, XVI, 157, 2 : *Maria optimam pariem elegit qux non auferetur ab ea.* Oratio quietis quæ, VII, 570, 2 : *Adjuro vos, filix Jerusalem per capreas cervosque camporum, ne suscilelis, neque evigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.* Ipsa est lectulus animæ, VIH, 10, 1.

Oratio in templo melior est quam domi, X, 558, I . *Cum adhuc junior essem, priusquam oberrarem, quzsivi sapientiam palam in oratione mea. Ante templum postulabam pro illa, et usque* in *novissimis inquiram illam;* XVII, iii, 2 et seq. : *Petrus autem et Joannes ascendebant* in *templum ad horam orationis nonam ;* XIX, 201, 1. Oratio publica in templo commendatur, XV, 184, 1, 2. Orationis communis utilitas, IV, 168,1 : *Cum ignoremus quod agere debeamus, hoc solum habemus residui, ul oculos nostros dirigamus ad te. Omnis vero Juda stabat coram Domino, cum parvulis, el uxoribus, el liberis* suis. Oratio nis et pœnilentiæ publicæ vis et usus, 324, 1 : £ *clamavit omnis populus ad Dominum instantia magna.*

Orationis Dominicae commendatio, XV, 185, i. Ejus paraphrasis ex S. Francisco, 194, 2. Orationis Dominicæ quinque Ianium petitiones assignat S. Lucas, an eam bis Dominus docuerit, XVI, 161,1. Orationem Dominicam quisque discere el intelligent debut. XVIIL 392, 1.

2* *Orationis necessitas el prxcrplum.* Primo. *Orationis dignitas, necessitas, et vis,* XVI, 240, 1. Oratio solvit debitum Deo, IV, 305, 1 : *Bona est*

cratio cumJejunio cl eleemosyna, quam thesauros auri recondere. Oratio est velut munus Deo oblatum, V, 531, L Orari vult Deus, nihil dat non Oratus, XVI, 587, L Oratio tam est corpori necessaria quam cibus corpori. XIX, 201, I. Oratio cibus est animæ optimum, IX, 437, 2 : *Cibabit illum pane vi'æ el intellectus, et aqua sapientia Salutans potabit illum,* XV, 118, 2. Ea uti ot inspiratione Dei vivit homo, 122, i : Aon *in sola pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Absque ea anima non proficit, XVII. 232, 2. Ad eam in omnibus recurrendum, XIX, 522,2 : *Orale pro nubis.....amplius aulem deprecor hoc facere, quo celerius restituar vobis.* Orare semper quomodo nos semper oporteat, ot cur. XV, 238, 1 : *Dicebat aulem* (Jesus) *el parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, ei non deficere.*

Secundo. *Quibus præzerlim necessaria sit.* Oratio primarium munus viri apostolici, XVII, 163, 2 : *Considerale ergo, fratres, viros ex vobis boni leslimonii septem, plenos Spiritu sancio el sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos vero ora^tioni el ministerio verbi instantes erimus.* Oratio et chantas decent prælaluin, Deumque stringunt, XII, <24, 2cl seq. Ea præmiltenda electioni pastoris, XVII, 72, 2 : *El slaluerunl duos, Joseph qui vocabatur Darsabas, qui cognominatus est Justus, el Matthiam. El orantes dixerunt: Tu, Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii hujus.* Orationi insistant Religiosi potiusquam actioni, II, 173, 1 : *Ædes Levilarum, quæ in urbibus sunl, semper possunt redimi..... Suburbana aulem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est.*

Tertio. *Exemplum Christi,* Christus orabat plerumque do nocte, XVI, 432, I, 2. Oravit ante passionem pro Apostolis, 596, 1,2: *Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia lui sunt ;* 599, 2 ; *Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis qui crediturl sunl per verbum eorum in me.* Ter oravit Christus in horto, XV, 573, 2: *El relictis illis, Herum abiit, ct oravit tertio, eumdem sermonem dicens;* X'' , 265, 2 et seqq. : *Et faclus in agonia, prolixius orabat.*

Quarto. *Quando orandum sil.* Orationis tempora servanda, XVII, 232, 2. Oratio matutina est utilissima, II, 427, 2 : *Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio libi hodie, in corde luo : et narrabis ea filiis luis, et meditaberis in eis sedens in domo tua, et ambulans in itinere, dormiens atque consurgens.* Adorandus Deus orientesole, Vili,604,2; *Quad enim ab igne non poterat exterminari, slalim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat Ut notum omnibus esset, quoniam oportet praevenire solem ad benedictionem litam et ad ortum lucis te adorare.* Orationi ante omnia opera vacandum, X. 303, 2 : *Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, elm conspectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, et pro delictis suis deprecabitur.* Ipsa operibus nostris initium darò debet, 182, 2 : *In omnibus operibus luis præcellens esto. Ne dederis maculam in gloria tua.* Oratio praevia semper eundo cubitum, II, 426, 2. Quam pia hæc pi axis, docetur exemplis, *ibid.* Oratio somno præmiltenda erit ut munimen contra nocturnas illusiones, V, 169, 2: *Cum ambulaveris, gradiantur tecum* (præcepta patris tui); *cum dormieris, custodiant te, ct evigilans loquere cum eis.* Oratio nocturna com-, monda tur, XVI, 80, 2 : *El hæc vidua usque ad annos octoginta qualuor. quæ non discedebat de templo, jejuniis et obsecrationibus serviens die ao node.* Ea usurpata a Christo, 112. 2: *Exiit in montem orare, et erat pernoctans in oratione Dei.* Ad orationem faciendam media nocte surgehant primi Christiani, XVII. 312, 1 : *Media aulem nocte Paulus el Silas, orantes laudabant Deum.* Orationis horas quas haberent Judæi, 113, 1.

3° *Orationis fructus, commoda,et elogia.* Primo. *Ejus bona et fructus in generali,* 111.259,2; 260,1: *Cum esset Anna amaro animo, oravit ad Dominum flens largiter, el votum vovit;* IV, 280, 2: *Ad hanc vocem* (puellae exprobrantis), *perrexit* (Sara) *in superius cubiculum domus suæ : el tribus diebus, el Iribus noctibus non manducavit, neque bibit; sed in oratione persistens, cum lacrymis deprecabatur Deum, ul ab isto improperio liberaret eam;* IX, 490, 1, 2 : *Cognosce justitias et judicia Dei, et sta in sorte propositionis el orationis altissimi Dei.* Ejus elogia, XVI, 238, 1 ; 687. 2: In ea exercemus fidem, spem, charitatem, 587, 2; XIX, 139, 1 : *Sine intermissione orale. In omnibus gratias agile: hæcesleniin voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis.* Orationis effectus XVII, 105, 2. Sex orationis effectus et fructus, ex S. Thoma; *primo,* iram Dei mitigat: *secundo,* angeli assistunt oranti; *tertio,* oratio justi hominem a malis liberat et veniam impetrat; *quarto,* dœniones tugat e corde et corpore; *quinto,* omnibus elementis el creaturis dominatur; *sexto,* plus obtinet a Deo quam postulet ; XX, 223, 2 : *Orale pro invicem ut salvemini : mullum enim valet deprecatio justi assidua.*

Secundo. *Oratio peccatum purgat;* IX, 116, 1 : (M *diligit Deum, exorabit pro peccatis, el continebit se ab illis, el in oratione dierum exaudietur.* Per orationem invenitur Deus amissus,XVI.823,2: *El dixit mater ejus ad illum : Fili, quid fecisti nobis sic? ecce paler tuus et ego dolentes quæreburnus le,* Orutio quæ peccata remittal, *Psalm.* I, 140, 2 : *Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris.*

Tertio. *Oratio hostem spiritualem et tentalionem superat.* Per eam quomodo dæmon impediatur, insigni exemplo docetur, II, 104, 2. Per eam pellitur daemon, maximo accedente jejunio otcardis afflictione, XV, 394, 2 ; *Hoc aulem genus non*

eJMtur, nisi per orationem ct Jejunium. Oratio est funis quo ligetur dæmon no nobis nocoat, IV, 299, 1. Oratio contra lentalioncs remedium eflicacissimurn, Vili, 50,2; XVIII, 343. 2 ; *Fidelis Drus est, qui non patietur vos lentari supra id quod potestis ; sed faciet etiam cum lenlatione proventum. ul possitis sustinere,* XX, 58, 2. Est gladius spiritualis, VIII, 12, 1 : *Omnes tenentes gladios, cl ad bella doctissimi: uniuscujusque ensis super femur suum propter Umores nocturnos.* Oratio in prælio tum corporali tum spirituali validissima est, X, 472, i : *Invocavit Altissimum potentem in oppugnando inimicos undique: et audivit dium magnus et sanctus Deus, in saxis grandinis virtutis valde fortis.* Oratio est defensio justi contra persecutores tum corporis, tum animæ, *Psalm.* 1, 215, 2 : *Humiliabam in jejunio animam meam, el oratio mea in sinu meo convertetur.*

Quarto. *Oratio mentem illuminai.* Deus illuminat orantes, VIII, 277, i ; *Invenitur* (Deus) *ab his qui non leniant illum, apparet autem eis qui fidem habent in illum.* In ea luce cœlesli perfundimur quæ sæpe in facio exterius lucet, XV, 382,i ; *El ducit illos* (Jesus) *in montem excelsum seorsum: et transfiguratus est ante eos. El resplenduit facies ejus sicul sol; vestimenta aulem ejus facta sunl alba sicut nix.* Est animæ transfiguratio, quia ; *primo,* in ea anima lumen a Deo accipit ut clarius eum, æque ac seipsam suaquo omnia cognoscat et Iuskcl; *secundo,* in ea a Deo petit et impetrat gratiam ad maculas ct vitia quibus deformata est, eluenda et relormanda; *tertio,* in oratione anima supra se levatur, ct ad Deum in ccelum attollitur, ubi discit, imo videt omnes res terræ esso viles, exiles et fragiles ; *quarto,* ibi audit, videtquo pariter parvos et exiles osse omnes mundi cruces; *quinto,* in ea intime se Deo unit, 384, i, 2. Oratio facit sanctos lucidos, I, 747, 2 : *Cumque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas, cl ignorabat quod comula esset facies sua ex consortio sermonis Domini.* Docetur hoc exemplo sancturum, *ibid.* Quantopere valeat ad studium Scripturarum, I, 13. et seqq. Docetur idem variis exemplis, 14, L Pandit Scripturam sacram, XX, 438, 2 : *Non enim voluntate humana allata esi aliquando prophetia; sed Spiritu sancto inspirali, loculi sunt sancti Dei homines.* Oratione magis in intclligenda sancta Scriptura nitendum et utendum, quam studio, XIII, 233, 2. Porcam Deus in dubiis consulendus, X, 167, 1 ; *Qui interrogationem manifestat, parabit verbum, el sic deprecatus exaudietur, el conservabit disciplinam, cl tunc respondebit.*

Quinto. *Oratio est virtutum antistita,* X, 539; i : *Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ* (Onias), *et quasi flos rosarum in diebus vernis, el quasi lilia quæ sunl in transitu aquæ, el quasi thus redolens in diebus æstalis.* Oratio efficit sapientem et saucium, IX, 628, 2. Est sapientiæ parandæ optima ratio, X, 303, 4. Humiles et mites efficit, XIX, 201, 1. Est mater castitatis et continentiae, XX» 258, 2, Orationis fructus est conjunctio cum Deo. *Job,* 649, 2; *Deprecabitur Deum, el placabilis a erit : el videbit [aciem ejus in jubilo, el reddd homini justitiam suam.* Oratio assidua jungit noi Deo, XVI, 156, 1. Oratio domus est Dei. *Psatin.* I, 29, 2 : *Ego aulem in multitudine misericordi* I> æ introibo in domum luam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore luo.* OranUbus assistant cl apparent angeli, XVII. 232, 2 : **Iir** *nutem quidam eral in Cæsarea, nomine Cornelius..... religiosus ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, '/ deprecane Deum semper : is vidit in visu manifeste, quasi hora diei nona, angelum Dei introeuntem ad se, el dicentem sibi : Corneli.* In oratione cor grati.e aperitur, *Job,* 578, 2 : *Radix mea aperta esi secus aquas, el ros morabilur in messione mea.* Oratio mentem rigat ul fructus ferat abundantes, 579, L Orationi-» aquis innovatur spiritus. 579, 2. Oratio somnus est animæ, VII, 569, 2. Oratorium vocatur requies, cur. XII, 810, t.

Sexto. *Per orationem sancti fiunt et robusti,* I, 747, 2. Oratio aufert pusillanimitatem cl peccata, IX, 227, i : *Noli esse pusillanimis in animo tuo: exorare el facere eleemosynam ne dzxpicias.* Per eam impetranda constantia in vitæ statu, 490, 1, 2.

Ssplimo. *Oratio valet cd animi ægriludtnes curandas el leniendas,* 111,260, 2; 261, i : *Tunc Ileli ail ei: Vade in pace, el Deus Israel dei libi pelihonem luam quam rogasti eum. El illa ail : Illinam inveniat anelila lua gratiam* in *oculis tuù ! Et abiit mulier in viam suam, et comedit, vultusque illius non sunt amplius in diversa mutali;* VÏ, 284, 2 : *Accium* in *nitro, qui cantat carmina cordi pessimo.* Fugat tristitiam, X, 107, 2. Ejus vis in animi tristitia. XX, 213, i : *Tristatur aliquis vestrum? oret; æquo esi animo? psallat.* Est levamen afflictionum. *Job,* 309, <♦ Mire mentem io omni tribulatione el contritione serenat, XI, 672.8. *Creavi fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe est, el qui prope, dixit Dominus, el sanavi cum.* Est unicum remedium in tribulatione et persecutione, XIII, 44, I ; XV, 571.2 : *El progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans el dicens : Paler mi, si possibile tsl, transeat a me calix iste, verumlamen non sicul ego volo, s*d sicul tu.*

Octavo. *Orationis vis el efficacia.* Lucta Jacobi cum angelo actionem ejusque efficaciam significat, I, 317, 1. Arcanum vincendi et obtinendi quidvis, *ibid,* ot 2 ; HI, 64, 1 : *Non fuit antea nec poslea tam longa dies, obediente Deo voci hominis.* Orans Deum precibus evincit. IX, 628, 2. Orans cum Deo colluctatur, isque se ab eo vinci gaudet fiducia, XX, 40, 2 : Si *quis autem vestrum indigel sapientia, postulet a Deo, qui dal omnibus affluenter, ci non improperat : cl dabitur ei. Pos-*

Met autem in fide nihil hxsilans. Oratio vim facit Deo, XIX, 346. 2 : *Simul autem et para mihi hospitium : nam spero per orationes vestras donari me vobis.* Oratio etiam e ventre ceti cœlos penetrat, XIv, 40, 2 : *Et oravit Jonas ad Dominum Deum suum de venire piscis. El dixit : Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, et exaudivit me : de ventre infiri clamavi, el exaudisti vocem meam.* Oratio nostra aliquid potest apud Patrem, cur, IV, 305, 1. Omnia a Deo impetrat, XV, 357, 2 : *Tunc respondens Jesus, ait illi: 0 mulier, magna est fides tua, fiat libi sicut vis.* Oratio sæpe prolem a Deo impetravit, VI, 4SI, 1 : *Quid, dilecte mi, quid, dilecte uteri mei, quid, dilecte votorum meorum?* Oratio facta ad Deum est quasi turris celsissima, V, 570, 2 . *Jurris fortissima, nomen Domini ; ad ipsum currit juslus, et exaltabitur.* Oratio jusli clavis est cœli, IV, 278, 1. Orationis factæ vel neglecta» quanta silvis, XIV, 81, 2 : *Vx qui cogitatis inutile, et operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum.* Quomodo oratio fiat efficax, 223, 1 : *Multum enim valet deprecatio justi assidua.* Oratio cadit in conspectu Domini, cum ea Domino est accepta, et per eam Deus exoratur, XIII, 256, 4, 2 : *Ingredere ergo tu, cl lege de volumine, in quo scripsisti ex ore meo, verba Domini, audiente populo ia domo Domini, in die jejunii, insuper el audiente universo Juda, qui veniunt de civitatibus suis, leges eis : si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini, et recertatur unusquisque a via sua pessima.* Orationes nostræ vim habent ex opere operantis, non ex opere operato, V, 453,2 : *Victimx impiorum abominabiles Domino; vola justorum placabilia.*

Orationes sanctorum quam sint efficaces, X, 225, 1 : *Qui adorai Deum in oblectatione, suscipietur. el deprecatio illius usque ad nubes propinquabit ;* XXI, 150, 2: *Vidi subtus altare animas interjectorum propter verbum Dei, el propter testimonium quod habebant, et clamabant voce magna, dicentes: Usquequo, Domine [sanctus el verus), non judicas, et non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra ?* Orationis miracula et exempla, I, 710, 1 el seqq. Oralio Joachaz regis Israel exaudilur pro salute danda, non sui sed filii tempore, IV, 55, 1. Oralio Judith Holofernem prostrava, 335, 1, 2 el seqq. Oralio Eslhcris et Mardocbæi quanta? fuerint efficaciae, 385, 2. S. Cæcilia oralione quanta meruit, XVI, 238, 2. Oratione sua impetrat Anianus episcopus liberationem Aureliæ el >æ, III, 653, 1, 2.

4' *Qux smt orationis, qualitates et conditiones, ut • Deo exaudiatur.* Primo. *Quxsint ejus conditiones generaliter sumpte,* oralio requirit : *primo,* humilitatem el reverentiam; *secundo,* contritionem do peccatis; *tertio,* magnam fidem et spem; *quarto,* perseverantiam, XVI, 585, 2 ; XX, 41, 2. Quæ in ea virtutes exerceantur, XVI, 587, 2. Orare Deum quomodo debeamus, *Psalm.* I, 29, 4. Orationi perfectæ decern virtutes sunt necessaria», quod exemplo mulieris Cbananææ demonstratur: *primo,* humilitas; *secundo,* fides; *tertio,* modestia; *quarto,* prudentia; *quinto,* reverentia ; *sexto,* resignado ; *septimo,* fiducia; *octavo,* ardor; *nono,* charitas; *decimo,* constantia et perseverantia, XV,357, i, 2. Optima oratio quæ sil, XVIII, 141, 2 : *Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus postulai pro nobis gemitibus inenarrabilibus;* 143, 1 : *Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus : quia secundum Deum postulat pro sanctis;* XIX, 168, 2 : *Dominus dirigat corda vestra in charitato Dei. et patientia Chrisli.* Bonae orationis conditiones, *Psalm.* II, 455, 1 : *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in verilate.*

IV. Sacerdotes novæ legis. — <• *Eorum institutio et ordinatio.* Sacerdotes sunl a Christo in ultima cœna instituti, XVIII, 367, 1 : *Similiter et calicem, postquam cornavi!, dicens : Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem.* Sacerdotes constituti apostoli in ultima cœna, potestatem acceperunt alios post se consecrandi, XV, 557, 2. Sacerdotes septuaginta duobus discipulis successerunt, XVI, 144, 2. Sacerdotes non sunl omnes chnstiani, XI, 765, 4 : *Assumam ex eis in sacerdotes el levitas, dicit Dominus.* Eis ordinandis episcopus cl sacerdotes omnes manus imponunt, XIX, 233, 1 : *Noli negligere gratiam, qux in te est, qux data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii.* Hinc Deo sacrati sunt, 233, 2. Omnis sacerdos in ordinatione consecratus est Domino, XIV, 546, 1. Sacerdotum ab ordinatione quantum dependeat, XVI, 413, 1. Sacerdotes viles non sunt constituendi, III, 622, 1 : *El fecit* (Jeroboam) *fana in excelsis, et sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi.*

2° *Sacerdotum dignitas ct potestas.* Eorum quanta sil dignitas, IX, 248, 1 : *In tota anima tua time Dominum, cl sacerdotes illius sancitfica;* X, 456, 1, 2; *Excelsum fecit Aaron fratrem ejus* (Moysis) *el similem sibi de tribu Levi. Statuit ei testamentum xlernum, et dedit illi sacerdotium geniis,* XIV, 565, 1 : 574, 1 : *Labia enim sacerdotis custodient scientiam, cl legem requirent ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est.* Eorum status quanlæ sil dignitatis egregie docuit Thomas Morus, 11, 275, 2 : *Audite, filii Levi : Num parum vobis est, quod separavit vos Deus Israel ab omni populo, el junxit sibi, ut serviretis ei in cultu tabernaculi, et staretis coram frequentia populi, et ministraretis ei?* Angelis assimilantur, XXI, 39, 2 : *Septem stellx, angeli sunl septem Ecclesiarum.* Vocantur angeli, XVIII, 44, 1; 355, 1 : *Ideo debet mulier potestatem habere supra caput, propter angelos.* Angeli sunt septem titulis, XIV, 573, 1,2 ; 585, 1 : *Ecce ego mitto angelum meum, et praeparabit viam ante faciem meam.* Sunl Cherubim, XII, 507, 2. In quo digniores sunt angelis, XVI, 634, 2, Sacerdotes pnv laicis tribus titulis sunt filii Dei, XIV, 556, 2. Sunt annuli Dei, XII, 178, 1. Sunt quasi annulus signatorius Dei, NXI, 39, 2. Sunl caput Ecclesiæ, XII, 171, 1. Sacerdotes Ecclesiæ Dei sunt velut principes, XX, 72, I. Sunt regales, 285, 2 : Foj *aulem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta.* Sunl majores regibus, XIV, 57», 1. Sacerdos est internuntius inter Deum el populum, X, ¡56, 1, 2, Sacerdotes sunt mediatores Dei et hominum, XIV, 565, 1 ; 574,1. Sunt legati populi ad Deum, 573 1. Debent esse quasi pons inter Deum et homines, I, 686,1. Sunl populi custodes, II, 204,1 *Applica tribum Levi, et fac stare in conspectu Aoi on sacerdotis ut ministrent ei, et excubent, et observent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii.* Sacerdotes velul murus cœlestis Jerusalem sunt, XXI, 379, 2 et seqq. Cur vocentur a laicis Papæ, XXI, 78, 2.

Eorum potestas, XIV, 573, 2. Eorum est peccatores absolvere, XVI, 497,1 : *Dixit eis* (discipulis) *Jesus : Solvite eum, et sinite abire.* Dum ordinantur, potestatem remittendi peccata accipiunt, XVI, 633, 1 : *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur* eú, el *quorum retinueritis, retenta sunt,* 635, 4. Sacerdotes legis novæ lepram purgant et expiant, 234, 1 : *Cum ingrederetur quoddam castellum, ocurrerunt ei decem* viri *leprosi, qux steterunl a longe, et levaverunt vocem, dicentes ; Jesu preceptor, miserere nostri. Quos ut vidit, dixit: Ile, ostendite vos sacerdotibus. Et facium at, dum irent, mundati sunt.* Sacerdotes novæ legis versantur circa corpus Christi consecrandum, IV, 425, 2. Panem in corpus Christi convertentes, per Eliam denolanlur. X, 506, 1. Sacerdos consecrans gladio quodammodo Christum dissecat et immolat. VI, 178, 1. Utramque speciem sacerdotes consecrant cl sumunt, XVI, 405, 1 ; *Dixit ergo eis Jesus . Amen, amen dico vobis : Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Sacerdotes sacrificantes in quo Deipara) matri similes sunl. XIV, 115, 2. Sacerdoti celebranti peculiaris angelus assistit, XXI, 188, 2 : *Et alius angehu venit, et stetit ante altare habens thurxbulum aureum, et data sunl illi incensa mulla, ut daret de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo.* Quomodo corpus Christi in Missa benedicat. XIX, 413. 2 : Sine *ulla autem contradictione quod minus est, a meliore benedicitur.* Populo benedicens, simul Deum benedicit. X, 544, 4. 2; 543. I: *Tunc descendens, manus suas extulit m amnem congregationem filiorum Israel, dar* glonam Deo a labiis suis, el* in *nomine ipsius gloriam. El iteravit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei.* Sacramenta administrantes, sacerdotes a peccato puri esse debent ; secus tamen, rite el vere ea administrant XVI, 633, 2. Sacerdos scelestus nihil vi sacramentorum derogat, X 193.1.2: *Ab immundo quid mundabitur? et a mendace quid verum dicetur?* Baptismum mali sacerdotes non vitiant, sed bono baptizant et consecrant, XIV, 345,2; XV, 212, 2 : *Non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere;* 215, i, 2 : *Multi dicent mihi m illa dic ; Domine, Domine, nonne innomine luo prophetavimus et in nomine tuo dxmonia qeamui, et in* nomùu luo

¡¡irides multas fecimus? El tunc confitebor illis : Quia nunquam novi vos : discedite a me, qui operamini iniquitatem.

3* *Sacerdotum officia et dotes.* Primo. *Varix iorum dotes recensentur, XII,* 388, 1, 2; XIV, 671, 2 el seqq.: *Pactum meum fuit cum co* (Levi) *vilx el pacis : el dedi ei timorem, el timuit me, et a facie nominis mei pavebat. Lex veritatis fuit in ore ejus, et iniquitas non est inventa in labiis ejus : in pace el xquitate ambulavit mecum, el inultos avertit ab iniquitate.* Sacerdotes quales vita esse debeant, V, 362, 2 ; X, 458, 1 ; XIV, 557, 1. Quatuor sunt eis necessaria : *primo,* cantitas, *secundo,* puritas vitæ; *tertio,* moderatio discretionis; *quarto,* rectitudo intentionis; iterum præ his quatuor babere debent: *primo,* jugem Dei memoriam in contemplatione ; *secundo,* quod infirmitates populi supportent; *tertio,* quod habeant conversationem coelestem per opera perfectionis, X, 460, 1. Septem sacerdotis virtutes, scilicet sit benignus el purus, sanctus, bonus odor Christi, ardens ut ignis, olens in persecutione sicut thus in igne, vas aureum in charitate, oliva misericordia, el cupressus in mentis erectione, 540,1.

Secundo. *Sacerdotes sint sancti, et quidem exemplari sanclitate.* Cur vocentur sancti, X, 456. 2; XIII 339,1,2. Sint vita sancti, IX,'456, 2. *Psalm.* II, 382, 2 : *Sacerdotes tui induantur justitiam, el sancti lui exultent.* Debent esso sanelissimi, el quasi ipsa sanctitas, II, 135, 1 : *Sancti erunt Deo suo, el non polluent nomen ejus: incensum enim Domini, et panes Dei sui offerunt, el ideo sancti erunl.* Multis do causis sancti esse debent; *primo,* quia ipsi m terris Dei personam repræsentant; *secundo,* quia comparantur angelis; *tertio,* quia ipsi ahos omnes sanctificare debent; *quarto,* quia ipsi medialores sunl inter Deum et omines; *quinio,* quia munia eorum sunt sanctissima; *sexto,* quia propria sacerdotis dos est sanctitas, II, 144,2 etseq . *Ne polluatis nomen meum sanctum, ul sanctificer in medio filiorum Israel; ego Dominus qui sanctifico vos.* Sint meritis et virtutibus decori, X, 541, i. A populo loco et religione secerni debent, XII, 818, i. Populum sanctitate excedant, XIV, 499, i, 2. Sacerdos debet esse velut sal terræ, XII. 734, 1,2; XV, 153, 1 et seqq.: Vos *alis sal terrx.* Sint sicut sol, 155, 1 : *Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, el ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, el glorificent Patrem vestrum qui in calis est.* Quomodo præ populo vitæ exemplo sacerdotes prælucere debeant, 1, 698, 2. In oculis omnium versantur, XV, 155, 2. Inter angelos euam\crsantur, XIV, 387, 1 : *Hxc dicit Dominus exercituum..... Tu quoque judicabis domum meam, et custodies alria mea, el dabo libi ambu-*

lanies de his qui nunc assislunt. Sacerdos sil instar crystalli, XIX, 52, 2. Quanta in sacerdotibus requiratur puritas, XIV, 563, 2 : *In omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda.* Quam honeste et decenter vivere teneantur, XX, 287, 2. Quam debeant esso modesti, 323 2 et seq. Decet eos esso mansuetos el pios, IV, 425, 2. Rectam intentionem habere debent, I, 696, 1. Sint potentes opere el sermone, exemplo Christi, XVI, 277, 1 : *Euii vir Propheta, potens in opere el sermone, coram Deo ct omni populo.* Esse debent in vita portentosi, XIV, 387, 2. Sacerdotes veri pauci inveniuntur, X, 534, 1.

Tertio. *Sacerdotes religioni, cultui Dei et orationi addidi esse debent.* Eos custodire decet cultum ritusque sacros Dei, XIII, 341,1. Dei gloria est eorum scopus, XIV, 569, 1. *Et nunc ad vos mandatum hoc, osacerdotes: Si nolueritis audire, et si nolueritis ponere super cor, ul detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum, mittam in vos egestatem, el maledicam benediclionibu, vestris: el maledicam illis, quoniam non posuistis super cor.* Sunt ministri Dei, et ei jugiter arderò debent, 573, 2. Sacerdos debet esso Seraphim in sumenda Eucharistia, XI, 179, 2. Arma sacerdotis sunt oratio et sacrificium, VIII, 630, 2 : *Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentia, sed verbo illum, qui se vexabat, subjecit, juramenta parentum, el testamentum commemorans.* Sacerdotes sint orationi dediti, X, 539, 1. Eorum est jugitor Deum laudaro, X, 461,1 : *Factum est illi in testamentum xternum, el semini ejus sicut dies cœli, fungi sacerdotio, el habere laudem, el glorificare populum suum in nomine ejus.* Eorum est pro omnibus orare, XX, 221, 2 : *Orate pro invicem ul salvemini.* Sacerdotes orando sanctequo vivendo so hostiam Deo pro peccatis populi offerre debent, XIII, 339, 2: *Peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum.* Tripliciter peccata populi comedunt, 338, 2; 339, 1. Eorum est flero et plorare peccata populi, 500, 2 : *Inter vestibulum el altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, et dicent : Parce, Domine, parce populo luo.* Olim pii sacerdotes fluebant lacrymis in sacrificio, hac de causa sudario utebantur, 500, 2. In Missa sacerdos promiscuo orat, obsecrat, postulat, gratias agit, XIX, 194, 2. Sacerdotes Deum orent pro aegri salute, X, 277, 1 : *Est enim tempus quando in manus illorum incurras; ipsi vero Dominum deprecabuntur, ul dirigat requiem eorum el sanitatem propter conversationem illorum.*

Quarto. *Sacerdotes telum animarum habeant, et sint ferventes,* XIV, 572, 1. Animarum pereuntium rationem reddent, *ibid.,* 2. Sacerdotes in cura Ecclesiæ et animarum Christum et Neheniiam imitentur, IV, 230, 1, 2. Pro honore Dei, nulli parcant labori, ct hac de re exempla, I, 704, 1. Quomodo tropologice. Deo debeant offeree pectus el

brachium, *ibid.* Sacerdotes debent esse juge holocaustum, H, 38, 2 : *Hxc est lex holocausti : Creviabitur in altari tola node usque mane; ignis ex eodem altari erit.* Quam animabus convertendis insistere debeant, XII, 734, 1, 2, Quomodo cum peccatoribus agere debeant, XIX, 393, 2 : *Qui condolere possit iis qui ignorant el errant, quoniam et ipse circumdatus est infirmitate.* Quomodo debeant esse uncti misericordia et aliis virtutibus, **I, 701, 1, 2.** In iis requiritur etiam corripiendi libertas, XIV, 572, i. Eorum et clericorum status est militia, II, 208, 2. Sunt milites cœli, XI, 361,2 : *Et erit: In die illa visitabit Dominus super militiam cali in excelso.* Cæteris dormientibus debent vigilare, II, 38, 2. In officio negligentes perstringuntur, 286, 1 : *Excubato in custodia sanctuarii, et in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israel.* Eorum vestis debet esse patientia, 4$, 1 : *Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem ejus.* Sacerdotes in primitiva Ecclesia, peno omnes ad mortem rapiebantur erantque duces ad martyrium, XIV, 592,2; 593, I. Sacerdotum quorumdam societatis Jesu mira chantas, XVII, 433, 1.

Quinto. Sacerdotes habere debent doctrinam et veritatem, I, 690, 2: *Pones autem in rationali judicii Doctrinam et Veritatem, qux erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino, en gestabit judicium filiorum Israel in pectore suo, in conspectu Domini semper.* Eorum est docere populum Dei, VII, 203, 1. Eorum est scire et docere legem Dei, XIV, 572, 2 : *Labia enim sacerdotis custodient scientiam, el legem requirent ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est.* Eorum est docere fidem et veritatem, XIX,200,1,2: *In quo postius sum ego prxdicalor, el Apostolus (veritatem dico, non mentior) doctor Gentium in fide et veritale.* Debent esso publicæ ventatis interpretes, I, 690, 2. Sacerdoti sit orbis vestium, id est veritatum, VIII, 633, i : *In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum.* Quomodo sancta et salutaria loqui debeant, XIV, 572, 2; XX, 361, 2; 362, 1 : <Si *quis loquitur, quasi sermones Dei.* Sacerdotes comparantur apibus, XIV, 572,2; 574, 4. Curant et discernunt lepram animæ, XV, 221, 2.

Sexto. *Sacerdotes non sectentur opes, et plura sacerdotia,* X, 463, 2 : *Cxlerum in terra gentes non hxreditabit, et pars non est illi ingente; ipse est enim pars ejus, et hæreditas.* Eorum hæreditas est Dous, II, 288, 1 ; *Dixilque Dominus ad Aaron : In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars et hæreditas tua in medio filiorum Israel.* Sacerdos nun potest filiis bona et b<ereditatcs ecclesiasticas dare, XII, 847, 2. Sacerdotes omnes erga suos amicos et consanguineos, cl terrena affecti reprehenduntur, XII, 835, 1, 2 ; 836, 1, 2; 837, 1.

Septimo. *Sacerdotes debent esse casti,* I, 698, 4: *Facies et feminalia linea, ut operiant carnem turpitudmis sux, a renibus usque ad femora : et utenlur eis Aaron et filii ejus quando ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare ul ministrent in Sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur,* 701, 1. 2. Cur eiS matrimonium inire non liceat, XVIII, 302, 1 : *Unusquisque proprium donum habet ex Deo : alius quidem sic, alius vero sic.* Impuri sacerdotes justo Dei judicio contemptui et ludibrio sunt, XIV, 574, 2. Sacerdotum libidinosorum oratio quantopere Deo displiceat, 11, 12, 2 et seq. Sacerdotes impuri gravissime puniendi. III, 290, 2.

Octavo. *Sacerdotum malorum scelus et pana.* Sacerdotum peccatum gravius ratione scandali, III, 276, 1 : *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia retrahebant homines a sacrificio Domini.* Difficulter remissibile, si sit contra res sacras. 278, 1 : Si *peccaverit* vir *in virum, placari* et *potest Deus :* ii *autem* in *Dominum peccaverit vir, quisorabil pro eoi* Eorum peccata multo graviora sunt quam aliorum, Deumque irritant, XII, 560, I : *Elevavit me Spiritus inter terram et calum, et adduxit me* in *Jerusalem in visione Dei, juxta ostium intenus, quod respiciebat ad aquilonem, ubi erat statutum idolum zeli ad provocandam xmutationem.* Sacerdotes indigui vituperabiles, *Job,* 292, 1, 2: *Ducit sacerdotes inglorios, el optimates supplantat.* Sacerdotes dissoluti sunt aurum obscuratum, XII, 407, 2 : *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum Î* Quomodo fiant vulpes et lupi, 590, i, 2 : Va *prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident. Qua>i vulpes in desertis prophelx tui, Israel, erant.* Sacerdotes scandalosi fuere hæreseos causa, XV, 154, 1, 2. Quomodo sensim evanescant ct pereant, *ibid.,* 2. Indigne sacrificantes sunt Deo abominabiles, XIII, 401, 2: Aron *libabunt Domino vinum, el non placebunt ei : sacrificia eorum quasi panis lugentium; omnes qui comedent eum, contaminabuntur ; quia panis eorum animx ipsorum, non intrabit in domum Domini.* Immundi tactu rei sacrae non sanctificantur, sed potius eam fœdant, XIV, 345, 4. Indigno communicantes quantopere puniti, II, 140,1 : *Omnis homo qui accesserit do stirpe vestra ad ea qux consécrala sunt, el qux obtulerunt filii Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Ego sum Dominus,* Mali sacerdotes a Deo deponuntur, *Job,* 662, 1 : *Conteret mullos el innumerabiles, et stare faciei alios pro eo.* Pauci sacerdotes salvabuntur. XX, 135, 2 : *Notile plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis.*

4* *Qux sint precipua fidelium erga sacerdotes officia.* Sacerdotes honorandi, IX, 251, 2: *Honora Deum ex tota anima tua, el honorifica sacerdotes.* Sacerdotes a Deo honorati, *Job,* 291, t. Quod

despiciantur, sæpe eorum levitati wribendum. NIX, 212, 2. Sacerdotum peccata non propalanda, I, 161, 1; Jl, 28, I. Eorum immunitas a vectigalibus quam sil rationi consentanea, J, 384, 2. Sacerdos non minus accipere mercedem potest pro intrinseco labore, quam pro extrínseco, XIX, 247, 2: *Qui bait przsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur : marime qui laborant in verbo el doctrina (Vide* Concionator, Episcopus, Prælatus, Pontifex, Rector).

SACERDOI ISSA. Sacerdotissæ Priapi eum sua prostitutione colebant. XIII, 345, i.

SACERDOTIUM. *{•Sacerdotium in genere.* Sacerdotium est regno præslanlius, IX, 248, 1. Majus est regno, imo coeleste regnum est, XIV, 574,1. Ex sacerdotio pendet totius populi fidos, cultus et religio, XIII, 337, 2. Ejus ablatio ingens Dei castigatio est, *ibid.* Sacerdotium lucerna repræsentatur, VI, 71, 1. Sacerdotii jus erat primogenitorum familiæ, XIX, 412, 2. Sacerdotii ordo et ritus maximo pendet e victima, *ibid.*

!• Sacerdotium veteris legis. Sacerdotium Aaronicum fuit idem cum sacerdotio Abrahæ, XIX, 412, 2. Sacerdotii Aaron et Melchisedech differentia, *Psalm.* II, 256, I, 2. Sacerdotium in lego voten erat rudo et carnale, IV, 425, 1. Carnaio et temporarium erat, Christi vero spirituale et œtemuin, XIX, 416, 2. Fuil tenuis repr.rsentatio nostri sacerdotii, 419, 2. Sacerdotium Aaronicum quomodo dicalur ælcrnum, X, 456, 2. Sacerdotium Aaronicum promittit David abolendum per sacerdotium Christi, XIX, 419, 1,

3* *Sacerdotium novje legis.* Sacerdotium novæ legis est longe sublimius ct sanctius sacerdotio veteris legis, IV, 425. 2. Sacerdotio mutato, necessario mulari debuit lex, XIX, 416, 2. Sacerdotium Christi novum alteri veteri successit, XI, 343. 1, 2. Sacerdotium Christi in quo fuerit simile Melchisodechiano, XIX, 418, 2. Jurejurando promissum fuit a Deo, 419, 2. Est sternum. 420, 2. Id hominem sanctificat, non Aaronis sacerdotium, 416, 1. Sacerdotii in Ecclesia summa dignitas et pulchritudo, XI, 720, I, J. Sacerdotium mulli sancti fugerunt, ut S. Franciscos, S. Marcus, S< Antoninus, II, 145, 1, 2.

SACHAN. *Sachan* idem sonat quod habitaro, IV, 281, 2.

SACHAR. *Sachar,* id est *memoria.* cur hebraico vocetur masculus, XXI, 244, I.

SACRAMENTARIE Sacramentarioruin hæreMOS auctor Andrcus Carolstadius, XXI, 301, 2. Sacramentara negant Christi corpus posse esso m cœlo et in Eucharistia simul, XVII, 212 I. Sicramentarii hærelici sunt prodromi Antichristi, XIII. <75, 1.

SACRAMENTUM !• *Sacramentum proprie quidni.* XVIII, 36!, I; XIX, 273, 2 ; XX, 340,2. Sacramentum etiam idem est quod significatio, XIX, 153, 2. Id significant quod continent el eífi* ciunt, XVHI, 362, 1. Sunt signa rei ver® et presentís, non raiste cl absentis, *ibid.* Constant e m »teria et forma, XVII, 351, 1. Sacramenta novæ legis alia ratione vocantur mysteria, alia visiones ænigmaticæ et symbolical, XVHI, 39, L

2° *Sacramentorum institutio.* Sacramenta septem esse conira hæreticos asseritur, XXI, 313, t. Sacramenta quo ordino et quibus verbis a Christo instituta, XV, 41, 1,2. Apostoli ea non instituerunt, XVII, 162, 2. Eorum materias et formas quando Christus suos docuerit, 50, 1. Sacramentorum institutio angelis patuit, Christo revelanto, et ex iis quæ post fieri in Ecclesia viderunt, XVIII, 613, 2. Sacramenta omnia ex latere Christi aperto in cruce fluxerunt, XII, 852, 1; XVHI, 664, 2. Quomodo e latero Christi aperto emanasse dicantur, XVI, 621. 2.

3® *Sacramentorum nova legis vis el potentia,* XVII, 150, 2. Sacramenta nova priscis praestant, XVHI, 339, 2. Sacramenta prisca quare essent infirma et egena. 552, 1.2. Sacramenta vetera cl sacrificia non justificabant ex opere operato, sed ex opere operantis, secus legis novæ, II, 1, 2; 7, 2. Sacramenta novæ legis ex opere operato, non ex opero operantis justificant, X, 461, 2 ; XI, 631, 1 ; XVHI, 252, I. Sacramentum quoties aliquod confertur, Deus immediato recipienti illud infundit gratiam, IX, 483, 2. Cur sacramenta ab immundo sacerdote confecta cl applicata suscipientem ol poonitentem mundent, X, 193, 1, 2. Ipsa nos justificant inerit i Christi nobis applicando. XIX. 456. 2 ; 458, 1. Ad Spiritum sanctum pertinent, XVHI, 436. 2. Sacramenta visibilia sunt peccatorum alligamenta, *Psalm.* II, 463, 1. Sunt anirnæ pharmaca, X, 273, 1. Sunt resina, XII,79, 2. Grano sinapis comparantur, XVHI, 363, I.Sunt munda et sancta vasa Dei, XI. 765, L Sunt velut fidei velamina, XVII, 150, 2. Sacramenta septem intelligunlur per septem candelabri Zachari® infusoria, XIV, 397, 1. In eorum inultis usus est olei, *ibid.* Sacramenta septem sunt septem mystic® column® Ecclesiæ, V. 246, let seq. Sacramenta semper omnibus patent, XIV, 535. 2.

4° *Sacramenta in specie (Vide* Baptismus, Confirmatio, *etc., etc.).* Sacramentum Confirmationis asseritur, XII, 608, 1. Sacramenta tria testimonium Christo perhibent, XXI. 613, 1. Effectus sacramentorum Baptismi, Confirmationis, Ordini*, XIX, 274, 1. Quæ sacramenta beata Virgo susceperit, XVI, 71. 2. SS. Sacramenti communio indigna mors est. *Job,* 234, 2.

SACRIFICARE. !• Sacrificabant veteres inter epulas, I, 371. 2 ; V, 250,2. Ohm inter sacrificandum Dei laudes et hymnos voco el musicis instrumentis canebant, 251, 1.

!• Sacrificari sibi jussit Deus uno tantum in loco apud Judæos. idque sub pœna capitis, et quare, ■II, <10. 2. Sacrificare licebat Hebræis extra tabernaculum, sanctum locum Angelo indicante, 1H,

119, 2. Sacrificaci quomodo Nabuchodonosor Danieli jussent, XIII, 33, i. Sacrificandum esl pro defunctis, X, 279, 2 *(Vide* Sac ihf ícium).

SACRIFICIUM. I. Sacr if icium in gener e. *{• Sacrificii definitio et natura.* Sacrificii definitio, II, 15, 2. Sacrificia et dona quomodo differant, XIX, 393, i. Quare sacrificium dicatur xipwmc, X, 461, 2. Sacrificii nomine intelligitur omnis cultus Dei externus, XIII, 369, 2. Sacrificium erat actus religionis et Iatri® Dei, XIII, 369, i; XVI, 360, 2. Sacrificium est summus Dei cultus, V, 250, 2 Sacrificia et vota sunl actus religionis, 81, 2. Sacrificium soli Deo offertur juro Gentium, II, 4, 2. Soli Deo offertur, non sanctis, XII, 33, 2.

Sacrificium refert convivii speciem, undo in eo requiritur victima el libamen, XV, 557, 2. Sacrificium primum fuit panis et vini, XIX, 418, 2. Sacrificium erat quasi convivium Dei yel idoli cum hominibus, II, 14, 2; X, 101, 1; 275, 2; 463, 2; XIII, 400,2. Sacrificium esl cibus Dei, XIV, 557,2. Eo operato,epulum instruebatur, V, 250, 2; XVHI; 347, 2.

2° *Quæ conditiones ut sacrificium Deo acceptum sit.* Sacrificium oblatum ex ro iniqua, vel injusto parta Deo displicet, X,205,1 ; 209,1,2. Sacrificium ex rapina pauperum quinque crimina habet, 207, 2. Sacrificia quorumdam cur Deo displicerent, XIII, 401,1. Sacrificium justi mire Deo placet, X, 218,1. Sacrificii extremi dignitas mensuratur dignitate interni actus devotionis ex quo manat, V, 499, I. Actus sacrificii ul manat a religione el devotione interna, melior est actu misericordi®, non tamen sacrificium oxternum, quia hoc non placebat Deo nisi ex opero operantis, non ex opero operato (ut placet sacrificium logis novæ); misericordia autem per so Deo placet, XIII, 369, 1; 587, 1.

II. Sacr if icia vet er is l egis. *!• Eorum institulio, finis, conditiones.* Sacrificia quibus de causis Deus instituit, II, 14, 1. Ea facienda erant propter mandatum Domini, quid iis intenderetur, X, 216,1. Quare oa offerrentur Deo, X, 461. 2. Quomodo Deo placuerint, II, 14, 2. Ea odorabatur Deus, XVIII, 650, 2. Gur dcindo Deo non placuerint, XI, 112, 1. In sacrificio cur victima Deo debeat immolari, II, 15, 2. Quomodo sacrificabantur liquida, quomodo solida, *ibid.* Octo animalia sacrificabantur, *ibid.* Sacrificiorum carneorum ritus, 19, 2. Sacrificia Hebræorum orant azyma, non fermentata, II, 18, I; XIII, 569, 2. In sacrificiis cur exigat Deus hepar el renes, I, 701, 2. In sacrificiis cauda adoleri Deo jussa, quid significet, 703,1. Quid adeps, *ibid.* In sacrificiis victimam elavaro quam sil antiquus ritus, 703. 2. Sacrificia solum in templo Salomonis fieri poterant, non alibi, XVI, 360,1. Ea in Sancio peragebantur, XVII, 275, 1 ; XIX, 436, 1. Sacrificium vespertinum erat matutino honoratius, XIX, 202, 1. Sacrificium vespertinum erat figura sacrificii crucis, *Psalm.* II, 429, 2.

V *Sacramentorum veleris legis vis el efficacia.* Sacrificia Judæorum vim sunm habebant ex opere operantis, novæ legis ex opero operalo, IX, 453, 2; X, 206. 2; 216. i; 461. 2; XIII. 557, 2; 560. i; 594, 2. Sacrificia veteris legis quatenus ab Eucharistico differrent quoad peccatorum expiation un, IX, 228, 1. Eorum cl Christi sacrifiai triplex dr'orenlia, XIX, 453, i. Cœlum reserare non poterant, 437, 1. Comparantur cum sacrificio crucis in dignitate, non in modo peccata expiandi, XVHI, 1.2, Erant tantum protestationes quibus Judæi se aliud sacrificium expectoro testabantur, XIX, ¡>3. I. Sacrificiis homicidium non expiabatur, XV, 162. 2. Sacrificia Aaronica an sint abominatio desolationis, XIII, 131, 2. Sacrificia legis quomodo vocentur sempiterna, XIX. 418. I. Sacrificia multa Veleris Testamenti Christum præsigmficarunt, XII. 100, 1. Quibus sacrificiis priscis adumbratus Christus, XXI. 256. 2. Sacrificia omnia vetera, et cæremoniæ in Christi morte finem accepere, XIII. 130, 1, 2. Quare sacrificia Christus in Ecclesia non retinuerit, XIX, 452, 2. De sacrificiis suis Judæi decem miracula referunt, fabulosa tomen, II, 29, 2. Sacrificiorum et aliarum functionum sacerdotalium sumptus solvebat populus apud Judæos, 60, 1.

3ŋSacrificiorum veleris legis vari species* Primo. *Sacrificiorum divisio.* II, 15, 2. Sacrificiorum tres species, 15, 1, 2. Sacrificia apud Judæos erant triplicia, IX, 253, 1 ; X, 214, 1 ; XVIII, 441 2. Sacrificii tres species a Deo Judæis præscriptæ erant, XIII, 563, 2. Quod dicalurin Scriptura sacrificium sanctificationis, IX, 253, 1.

Secundo. *Sacrificium holocaustum quid sit, el unde dicatur,* II. 5, 2. In co crematabatur tota victima. excepta pelle, 6. i. Reliqui ritus oblationi* ejus recensentur, *ibid* Holocaustum bovis et avium quid tropologico significet, *ibid.* Quid holocaustum vituli et agni, quid turturis el columba?, *ibid..* III. Tropologia rituum holocausti exponitur, 6, i ; 9,2. Holocausta ovium tropologice sunt martyres. 10 1. In eo cur avium vesica el pium® abjiciantur, 11,2. Quid hoc mystice significet, tfcid. In eo cur Deus ascellas confringi juberet, 12, 2. Quid hoc mystico significet, *ibid.*

Tertio. *Sacrificium pro peccato.* Sacrificii pro peccato pontificis quis ritus, 11, 26, 2. Victima pro pontificis peccato tota extra castra crematabatur, *ibid.* Quænam ejus rei litteralis causa, *ibid.* Quænani allegorica. 27,1. Quænam tropologica, *ibid.,* î. Quænam anagogica, *ibid.* Secunda hostia pro peccato principis eral hircus, 28, 2. Quarta hostia pro peccato plebeii erat capra, 29, 1. Hostiis pro peccato imponebatur sal, non vero thus neque libamina, *ibid.,* 2. Sacrificium pro peccato mystice significat poenitentiam et compunctionem, 30, I. Quid quod in hoc sacrificio offeratur pro peccato principis hircus, 29, 1. Quare pro peccato plebeii capra, *ibid.* Sacrificium ovis, turturis, columbæ pro peccato quid tropologice significet, 33, 1. Ca*

rebat boc sacrificium oleo et quid hoc significet, 33, 2. Thure etiam carebat, et quæ ejus rei significatio, *ibid.*

Quarto. *Sacrificii victima pacifici quænam sil.* II, 21, 1; X, 214, 1. Sacrificium pacificum qua de causa offerretur, IX, 252, 2. Dividebatur in tres partes; adeps ejus et sanguis Deo adolebatur, pectus et armus dexter sacrificanti cedebat, reliqua caro laico offerenti, *ibid.* Quid hoc mystico significet, II, 45,1. Debebat hæc victima esse bos, ovis, aut capra, non avis, 21, 2. Quid tropologice hæc victima significet, *ibid.* Quid allegorico et tropologico adeps in hac victima designet, 22, 2. Quid renes tropologiee, *ibid.* Quid cauda ovis, ^3, i. Thus etiam in boo .sacrificio adhibebatur, Ì4,2. Victima pacifica debebat eodem die comedi, quare, quidquo hoc significet, 44, 2. Ritus immolationis hujus sacrificii, 45, 2.

Quinto. *Sacrificium juge.* Sacrificium juge cur et quale fuerit, I, 705, 2. Ejus ritus describitur, 706, i. Sacrificium Christi in Eucharistia significat. *ibid.* Item Christum oblatum infantem m praesentatione, et enmdem oblatum in cruce, ibid., 2. In eo unus agnus mane, el unus vesperi quotidio immolabatur, II, 353, 2; X, 460, 2. Quare et quo ritu immolabatur, *ibid.* Is agnus debebat esse anniculus, ot immaculatus, et offerri cum libaminibus, *ibid.* et seq.

Sexto *Sacrificium mincha.* Sacrificium mincha erat ex simila aut pane, II, 14, i. Quibus de causis Deus illud instituent, *ibid.* et seq. Fuit Eucharistico typus, 15, i. Fuit verum sacrificium, *bid.* Cur minebæ additum oleum, ibid., 2. Imponebatur ei etiam thus, el quare, 16, 1. Eral triplex: clibani, sartaginis et craliculæ, 17, 1. Carnem Christi in cruce frixam significat, *ibid.* Item Ecclesiam, *ibid.* Quid tropologice in eo sacrificio significet clibanus, sartago et craticula, *ibid.* Tertia species minebæ erat oblatio spicarum, 19, 2.

Septimo. *Sacrificium festi expiationis,* II, 103,1)t seqq. In eo hircus pro peccato immolatus signitcal Christum patientem, el monentem in cruce, ito n immolatum, *ibid..* 2. Hem Barabbæ pobtposiluin, ibid. Tropologice quid luno duo hirci significent, *ibid.*

Octavo. *Sacrificium zelolypix,* II, 214,1, 2.

HI. Sacrificia Gentilium.— Sacrificia offerebant Gentiles oum arandum esset, cum metendum, cum vindemia oalcanda, XIII, 400, 1. Sacrificium Gentiles sortibus addebant, ad idolum quod consulebant. conciliandum, XIV, 34, 2. Veterum fuit oblatio thuris, XIII, 274, 2. Sacrificiorum apud Romanos ritus, II, 13, 1.

IV. Sacrificium novjj legis *(Vide* Eucharistia QUATtNus sacrificium). Sacrificium verum cl proprie dictum extal in Ecclesia Dei, *Psalm.* II, 2û6, I, 2. Cur sacrificium Melchisedecbi Paulus esse typus venerabilis Eucharisliæ non dixerit, XIX, 397, 2. Sacrificium Christianorum est eu* charislicum, aut spirituale, aut mentale,XIV,546,1, Sacrificium pro defunctis sanctum est ac pium quadruplicates IV, 554, 2.

V. Sacrificium spirituale.— Decem sunt sacrificia spiritualia, XIX, 521, 2; XX, 93,2. Sacrificium magis Deo acceptum, *Psalm.* I, 450, 2. Sacrificium laudis quale, *Job,* 481,2. Purificationem præ- requirit, 16, 2. Sacrificium laudis a Dei laudo quomodo internoscatur, *Psalm.* I, 332, 1. Sacrificium laudis summam salutis complectitur, 334, 1, 2. Sacrificium mysticum animæ quid sit, XIII, 354. 1. Sacrificium mystice sunl qui partem tantum, holocaustum qui totam Deo offerunt, XII, 800, 1. Sacrificium triplex in eleemosyna includitur, X, 216, 2. Sacrificia cur dicantur martyria, XIII, 42, 2.

SACRILEGIUM. Sacrilegium et sacrilegus quid sint, XVIII, 64, 2. Sacrilegi vocantur a sanctis Patribus clerici beneficia multa possidentes, XII, 741, 1, 2. Sacrilegii vindex acerrimus Déus, XVII, 148, 1. Sacrilegium quomodo puniat Deus, XIII, 75, 2, Sacrilegia punita, III, 46, 2.

SADDAI. *Saddai,* hoc est mammons dicitur Deus apud Hebræos, VII. 473,2; XXI, 133, 2. *Saddai* nomen Dei est, quia ipse abundat in omnibus bonis. XIV, 600, 1; XVI. 40, *i.*

SADDUCÆL Sadducæi undo vocarentur, eoruin dogmata, XV. 98, 2; XVII, 125, 1. Erant athei, XV, 98, 2. Erant quasi Judæorum epicurei, XVII, 125, 1. Eorum quinque errores, 307, 2. Solum Pentateuchum recipiebant, Prophetas rejiciebant, XVI, 482, 2. Dei quoque potentiam ct providentiam negabant. 481, 1. Negabant esso spiritus, XVI, 135, 2; XIX, 42, 2. Resurrectionem etiam negabant, XIX, 42, 2; XX, 473, 2. Negantes resurrectionem, Christo quæstionem inextricabilem (ut putabant) de illa proposuerunt, XV, 480, 2. Contra eos scriptus est liber *Sapientiæ* et liber II *Machab.* Horum hæresis tempore Christi viguit, ct quomodo ipse vivens eam refutant, XVII,, 450, 2 et seq.

SADOC. In Sadoc et posteros ejiw, amoto Abialhar, transtulit Salomon sacerdotium ct pontificatum, XH. 287, 2: 833, 1. Sadoc illustris fuit pontifex tempore Salomonis, 790, 2.

S/ECULARIS. 1* Sæculares caeci sunt in spiritualibus. Job, 452, 1. Qualis eorum amicitia, 792, 1. Sæculares in divitiis suum finein ultimum constituunt, XVIII, 439, 1. Quare sæculares multos religiosos in regno Dei præcodant, V, 398, 1 (Vide Mundani).

2* Sæcularo subinde significat id quod cito transit, XIX, 320, 1. Sæcolaria negotia quæ sint, 283, 1. Quinam ea fugere debeant, *ibid. (Vide* Mundana).

S.ECULUM. !• *Sxculum unde deducatur,* XX, 95, 1. Sæculum an recte a senio dicatur, XVH, 302, 1.

2* *Sxculum pro* *vo *el tempore decurrente*

sumptum. Sæculum in Scriptura proprie significai ævum et tempus decurrens, sibique succedens, et melonymice res quæ illo sæculo et tempore existant, XIX, 352, 1. Quomodo sæcula præfinierit Deus, XVIII, 614, 1. Saeculorum mutationes et revolutiones undo norit Deus, X, 378, i. Saeculorum varia divisio, XIX, 449, 1. Sæculum aureum, argenteum, æneum et ferreum Gentilium describitur, XIII, 21, 2. Sæculum vetus præsenti non esl proferendum, VII, 254, 1, 2. Sæculum Christi ultimum omnia priora consummat, XIX. 400, 2. Sæculum ultimum Anlichristi qualo sit futurum, VII, 253, 2 (Fide Æt a s, Tx mpu s).

3* *Sxculum pro xlernitate acceptum.* Sæculum, cum geminatur, absolutam aeternitatem denotat, XIX, 360, 2. Sæculum sanctam idem est quod beatum, ipsum describitur, IX, 492,1 *(Vide* Æt e b- n it a s).

4* *Sxculum pro centum annorum duralione intellectum.* Sæcula omnia semper aliquos viros illustres habuere, X, 427, 1 ; 428, 2. Sæculis sæpe singulis videmus singula regna in aliam familiam aut gentem transferri, XIII, 86, 1.

5* *Sxculum pro vita sxcularl aut mundana.* Sæculum hoc æstuans et tempestuosum est velut mare, et quilibet homo quasi navis. V, 27, 1 ; XIII, 438, 1. Sæculi vi® vel semitae dicuntur viæ peccati et peccatoris. XII. 152, 1. Cur a propheta dicantur non tritae, *ibid.* Sæculum cur dicatur nequam, XVHI. 517, 1. Ejus felicitates sunt dormientium somnia. 655, 1. Cur dicantur divites sæculi hujus, MX, Ilio, 2. Sæculum quomodo Christus reformant. XI, 236. 1, 2 (Vide Muiwus),

SAGACITAS. Sagacitas esl pars prudenti®, V, 350, 1.

SAGÆ. Sagæ plures sunl quam sagi, V, 350, 1. Femin® senes fiunt sagæ variis de causis, X, 369, 1. Quomodo ægros sanent, X. 270, 1, 2. Sagæ quomodo per certas herbas et signa maleficii pueros et bestias occidant, IV, 293, 1. Sagis quomodo dæmon imponat, XI. 397, 1.

SAGARES (S.j. S. Sagares an fuerit episcopus Laodicensis, cui scribit S. Joannes, XXI, 79, 2.

SAGENA. !• Sagena quid proprie significet, XV, 334, 2. Sagitta est reto minus, XIV, 219. 1.

2* Sagena allegorico vocatur Belus, deus Chaldæorum, XIV, 219, 1, 2. Hem industria militaris ol armaNabuchodonosor, *ibid.* Quidsagenæ miss® in mare simililudino innuere Dominus voluerit, XV, 334, 2.

SAGITTA. V Per sagittas quomodo veteres divinarent, et ita per eas Nabuchodonosor sortes quæsivit, XIII, 343, 2.

2* Sagiltæ sunl verba Dei, *Psalm.* I, 294, i. Sagittarum Christi efficacia, XI, 582, 2.

Sagiti® Domini quid, el earum effectus, *Psalm.* I, 240, 1, 2; 241, 1. Sagiltæ Dei suñt morbi ct mago® tribulationes, XII, 386, 2; *Job,* 156, 2. Sagittæ cœlentas aunt fulmina, tonitrua, grandines et lapides, XIV, 259, 1. Sagittæ famis qu® sint, XII. 544, 1. Sagittas duplices infligunt meretrices, amoris el doloris. V, 197, 2.

SAGITTARIUS. Sagittarii certo configentes scopum aliqui recensentur, XII. 385, 2.

Sagittarius est nomen numismatis Persici, 1, 391. 1.

SAL. !• *Salis etymon et generatio.* Salis etymon, X, 316, 2; XV, 153, 2. Ex igne et aqua quomodo generetur. XV, 153, 1. Sal filia maris, XI, 350, 1. Fit ex aqua salsa, X. 409, 1. Quatuor constat elementis, XV, 154, 2. Sal aliud marinum, aliud terrestre, quod ex terra bituminis effoditur, XIV, 291, 2. Omnibus pene rebus mixtis inest sal, XII, 606, 2.

2* *Salis proprietates.* Sal miram habet nataram vix ulli alteri similem, X, 408, 2. Est natur® balsamum, XII, 606. 2 ; XV, 153. 1. Ei pruina confertur, X, 408, 2. Sitim excitat, sua acredine mordicat et pungit, siccat et urit. XV, 153, 2. Sale aspersa terra sterilescit. XIV, 291, 2. Sterilitatem causât, quia terram exurit, X, 314, 1. Salem olim seminabant, cum aliquem locum desolare vellent, IV, 215. 1. Sal cum igne non convenit, IX, 264,2. Salire igne quid sit, XV, 701. 1 et seqq. Sal conservat corpora et ea a corruptione preservai, II, 19, 1 ; XV, 153, 2. Pisces a putrefactione conservat, XIV, 216, 1. Exstimulat ad venerem, X, 316 2.

3* *Salis usus.* Sal est necessarium ciborum condimentum, XII, 606, 2. Est condimentum condimentorum, X. 316, 1. Quatenus ad vitam hominis necessarius, X, 316, 1. Sal notat convivium, quia in eo omnia sale condiuntur ul sapiant, IV. 215,1. Estcordivilalis. X.316,2. Cibum insipidum gratam reddit, XV, 153. 2. Cur veteres eum divinum vocarent, X, 316, 1; XVII. 50, 2. Sal dictus divinus ol rebus divinis esl amicissimus, XII, 606, 2. Victimis Aaronicis adhibebatur, XVIII, 201, 2. Hem panibus propositionis, XIX, 432, 2. Sal erat in omni sacrificio, et quare, II, 18, 2; X, 316, 2. Idem adhibetur in aqua lustrali, X, 316, 2. Adhiberi solebat in sanciendis foederibus, et quid hoc significet. II. 19, 2. Hospitibus primo solitum apponi,et quare, II. 19, 2 ; XVII. 50, 2. Salin solent corpora infantium recens natorum, cur, XH, 606. 1, 2.

4* *Salis proprietates figurativa.* Sal mystice quid denotet, el quarum rerum sit symbolum, XV, 701, 1 el seqq., XVH. 50, 2. Sal baptismi quid sil, XII. 606, 2. Sal symbolum communionis, XIV, 291, 2. Sal adaptatur sacrificio eucharistico, XIV, 563, 1. Sal terre sunt apostoli et prædicalores, *ibid.* Salo quomodo verba condienda sunt, X. 64. 2. Sal vil® est amicitia, VII, 114, 2. Sal symbolum esl discretionis, 11,18,2; X. 317, 2. Item sapienti®, graliæ el prudenti», XV, 153,1; XVIII,201, 2; *Job,* 159, 2. Item doclrmæ aposlolicæ, H, 19, 1. Hem incorrupüonis et æternitalis, H, 19, 1 ; XIVt 663, I.

SALACIA. Salacia dieta est a sale, X, 316, I Salacitas mulierum, 9, i, 2; IO, L Quæejus causa. 9, 2. Salaces asinis cur comparentur, XI, 330, I.

SALADINUS. Saladinus in Ægyplo plurimos Cbristianos occidit, XXI. 349, 2. Saladinus monens interulam suam in qua sepeliendus erat per castra de lancea suspensam circumferri jussit, XIX, 257, L Ejus preclara in morte vox-do rerum terrenarum vanitate, 1,538, 2.

SALAM. *Salam* significat retribuere, et pacifi-5um esso. XX. 371, 1.

SALAMANDRA. 1® Salamandram in igne vi-/ere est fabula, I, 66, 1; II, 700, 2. Salamandra /gno consumitur, etsi non tam cito, VIII, 596,1; XV 99, 2.

2® Salamandra est amoris hieroglyphicum, V, 193. 2. Item innocentiæ symbolum, 284, 2. Salamandra constantiae symbolum est, eamquo pro insigni assumpsit Franciscos I, Galliæ rex, XII 4L 1.

SALAMINA. Salamina urbs Cypri, XVII, 277,1.

SALARIA Salaria via undo dicta sit, a salo nomen accepit, IV. 472, 2; XV, 153, 2.

SALARIUM. Salarium dictum est a salo, IV, 215, L Salarium et stipendium militare dictum a sale, IV. 472, 2.

SALATII1EL, Salathiel an fuerit binomius, XIV, 318. 2. An fuerit Zorobabelis paler, an avus, an pater ejusdem adoptivus, *ibid.* Mortuus est in Babylone, 319, 1. Salalhiel Lucro in Christi genealogia alius est a Salílhfel e Malthæf, XVI, 98, 1.

SALEM. Salem eadem est quæ Jerusalem, et undo dicta, XIX, 408, 1.

SALETI1US. Salethus Crotoniensium princeps, commisso adulterio vivus in ignem insiliit, V, 476, 2.

SALII. Salii sacerdotes Martis, III, 457, 2.

SALIM. Salim erat locus baptismi Joannis, quod illic essent mullæaquro, XVI, 348, 1.

SALISBURGUM. Sallsburgi princeps opes suas ex salo colligit, IV, 465, 1.

SALIUNCA Saliunca quæ sit herba, et undo dicalur. XI, 654, 2. Ejus proprietates el potentia, ibid.

SALIVA. 1« *Saliva* vox undo derivetur, XVI. 459.2. Saliva quam sil medica, *tbid.* Saliva Christi vivifica eral, XV, 693, 2; 696, 1. Saliva natorum in festo conversionis S. Pauli anguium morsibus medetur, juxta Alanum Copum, XVIII. 14, 1.

2® Salivæ symbola, XV, 459, 2. Saliva quid mystice, *Job*> 198, 2.

SALIX» I* Sahces ID Babylonia abundant, XI, M9,L I

2® Salices esse dicuntur Ecclesia et justi, XI, 6M),*1.* Salix præmaluri incrementi symbolum, V, 38u, 2.

SALMANA. Salmana Madiamiarüm princeps a Gfdeone cæsu*, XIII. 423, 2. *

SALMANASAJL Salmanazar an sit Sargon qui Samariam vastavit, XI, 322, 1, 2. Salmanasar rex Assyri® defectionem Israclilarum tam a Deo quam a so ullus est, et vitulos et populum in Assyriam abduxit, XHI, 416, 1. Quo anno decem tribus Captivitas in Assyriam abduxerit, IV, 267, 1, 2; 269, 1; XI, 225, 2, 425, 2.

SALOME mater Machabæorum. Salome mater Machabæorum fuit fortis mulier, VI, 489, 2.

SALOME uxor ZebedroL Salomo ot mater (ilio-rum Zebedæi est eadem, XV, 337, 4. Fuit soror Jacobi Minoris, XV, 337, 2; XVI, 97, 1. Et conno* brina Christi, XV, 337,2. Duos filios habuit, Joannem et Jacobum Majorem, XVI, 97, 1. Astabat cruci Domini, XV, 638, 2. Indo domum rediit, 641. *2.*

SALOME filia Ilerodiadis. Salome saltatrix, Ilerodiadis filia, mire a Deo punita, XV, 691, 2.

SALOMON. 1® *Salomonis nomina.* Salomon unde dictus, X, 492, 2; XIX, 357, 2; 409, 1. Salomon id est pacificus, el quare, III, 484, 1, Salomonis pacifici nomen a variis principibus sua lingua mutuatum, 548, 2. Alio nomino vocalur Icdidia, 484, 2. Ei nomen jussu Dei inditum fuit, X, 493, 1. Fuit trinomius, V, 1, 1. Cur vocetur hebraico *Cohclet,* id est*concionatrix,* VII, IO, i. Vocalur Congregans et filius Vomentis, VI, 418, 2 ; 419, 1, 2. Cur se Lamunlem vocat, 478, 1, 2. Cur vocetur tenellus patris, V, 105, 1.

2° *Salomonis orlus, temperamentum^ indoles.* Salomon fuit Bethsabo primogenitus ox Davide, VI, 480, 2. Conceptus est statim post mortem infantis ex adulterio nati, III, 484, I. Quomodo vocetur unigenitus, V, 105, 1. Videtur fuisso promogcnilus, 107, 1. Filius fuit pœnilenliæ, ideoque a parentibus unice dilectus, tbid. Fuit Belhsabee filius votorum, VI, 480, 2. Item filius orationum. 481, 1. Fuit matri unico dilectus, V, 107, 1. Fuit quasi peculium Dei et ab eo adhuc puer dilectus, VI, 478, 1. Ejus forma, III, 616,2; 617, i. Fuit corpore delicato, et optimo temperamento; fuit docilis ct flexilis, V, 105, 2. Fuit hæres regni, 107, 1. Qua ætate floruerit et vixerit, 4, 2 ; 466, I !

3» *Salomonis regnum.* An Salomon fuerit moriente patre puer, V, {05, 1. Est a Deo electus rex, accepit a Deo sapientiam, VI, 478, 1. Quo rotatis anno ad regnum evectus sit, 214, 1. Juvenis, id est duodecimo rotatis anno regnare cœpil, XIX. 232, 1. Juxta alios anno rotalis suro vigesimo iniit regnum, 111, 547, 2; Vili, 488, 2. Rognât vivente patre, 111, 547, 2. Salomon bis uncius fuit, 548, 2. Secunda Salomonis unctio publica fuit, IV, 140,1,2. Cur duxerit filiam Pharaonis, 111, 556, i, 2. In e< non peccavit, <Hd., 2. An prima nuptiarum nocU in causa fuerit ul sacrificium inatulinum æquo serius sit oblatum, VI, 479, 1. Ejus pietas auspicantis regnum, III, 658, 2. Salomon initio quam religioni et cultui divino fuerit addictus, XII, 372, i, 2. Somnium in quo sapIfntiSm accepit,

probabiliter fuit naturalo, 111, 558, 2 et seq. Sed divinum fuisse ot oxstasin etiam est probabile, 559, 1, 2. Est immissum Salomoni por angelum, 560, i. Quaro id factum nocte, *ibid.* Quando judicium in causa meretricum fecerit, X, 500, 1. Simulato, non serio dividi infantem mandavit, III, 563, 2. Parcit Adoni» conditional, 549, i. Juste eum postos occidit, 554, <. Salomon non auctoritate sua sed Dei, Abiatbar a pontificatu amovit, *ibid.,* 1. Pontificatum posteris Phinees restituit, X, 465, {.Salomon dedit Hiram urbium Galilææ usumfructum, dominium autem dare non poterat, III, 601, <. Omnes opes expendit in fabricam, *ibid,* 2. Palmyram muniit, *ibid.* Omnes Cbananams tributarios fecit, nec peccavit non occidendo, *ibxd.* Quando instruxerit classem pro colligendo auro, 602, 1. Ex Ophir, id est India Orientali, aurum habuit, *ibid.* Regina Saba ex eo filium concepit, 706. <. An in insula Coo equos generosos emerit, XVII, 378, <. Ejus equorum copia a peccato excúsate, 111, 567, 2.

4° *Salomonis gloria, magnificentia, opes,divitix.* Salomon rox magnus, III, 569, I. Fortitudine justitiæ regni solium firmavit, V, 496, 2. Regnavit in pace,et late imperium suum propagavit, X, 492. 1 ; 494, t. Plenam cum omnibus vicinis, tam inimicis quam amicis, pacem habuit, ideoque suis fuit charus, 494, <. Ejus gloria et simul humilitas, 494.2. Gloria tanta ei data ob virtutom, ut eam alii aemularentur, III, 610, 2. Ejus magnificentia in numero, opibus, fortitudine militum et famulorum, V, 433,1. Ejus opes et diviliæ, III, 607, 2; X, 495, 1. Ditior fuit omnibus monarchie, VII, 99, 2. Cur dictus sit *Alkum,* VI, 465, i. Superavit omnes omnino reges gloria et divitiis, III, 561, 2. ünde suas opes coacervaverit, VII, 100, <, 2. Aurum ei allatum, III, 607, i, 2. Ejus thronus eburneus, 608, 1, 2. Ejus thronus duobus leonibus stipatus mystico explicatur, IV, 347, 4. Desolio ejus fabula, 361, 1. Paupertatem et nimias opes deprecatur, Vi, 431, 2; 432. 2.

5° *Salomon templum Deo ædifical.* Quaro Deo templum (edificarti, non David pator, XIX, 357, I. Salomon fecit novum altare thymiamatis, mensam panum propositionis et candelabrum pro templo, III, 578, 2. Salomon omnia vasa tabernaculi reposuit, et nova alia fecit pro templo præler arcam, 593, 1, 2. Quinque candelabra pro templo fabricavit, *ibid,,* 2. Duplices Cherubino^ fecit, priores ad arcam, alteros ad altare thymiamatis, utrinqun dispositos. XII, 495, 2. Hi quales essent, et quomodo dispositi, *ibid. (Vide* Animal, Ciierub). Salomonis porticus in templo qua» diceretur, XVII, 118, <; 449, 2. Salomon quam porticum templo adjecerit, XVI, 477, 2 ot seq. Salomon facie ad templum versa orat, HI, 597, 2. Ejus pietas a principibus imitanda, *ibid.* Utrumque genu flexit in oratione. 598, 2. Excusatur a peccato plura altaria in templo fabricans, 599, 1.

6« *Salomonis sapientia.* Salomon fuit sapiens X, 493, 1. Idquo pene a puero, *xbid.* Quanta ei fuerit sapientia a Deo indila, 493, 1 ; 558, 2. Ejus sapientia indio regni, VI, 451, 2. ? ñt sapientium omnium magister el princeps, V, 1, 1. Ejus sapientia et scientia, 4, 2 et seq. Fu t divina, 6, I.Ejus sapienti» redundantia ol spiritus, VI, 419, 2 et seq. Sapienlior et præslanlior fuit puer so seno, VII, 183, 2. Sapientia Salomonis sdentias naturales, mysteria fidei,donum prophetiae,etc, comprebondit, III, 561, 1. Adamo, David, etc., fuit sapienlior, *ibid.,* 2. Non tamen beata Virgine ct apostolis in mysteriis fidei, tòid. Nescivit quid do Maire Dei, VII, 278, 2. Fuil vere propbeta, V, 3, 2; VI, 421, 2; 453, <. Et Deo piemia. VI, 421, 2. Deum incarnandum prævidit. V, 44, 2. Nulla dogmata a gentilibus philosophis hausit, V, 5. 2 ct seq. Ejus dogmata secuti sunl posteri sapientes, 7, 2. Per sapientiam factus est regum maximus ct gloriosissimus, 216, 2. Secreta natur» et rerum proprietates occultas, eas maxime quæ sub lerra latent, aperuit, X, 493, 2. Ob parabolas factus est celebris, 493, 2; 494, 1. Longe laleque nomen ejus divulgatum est, *ibid.* Salomon sapientissimus Moysen imitatus eel, IV, 505, 2. Salomon quando potuerit instituere piam aliquam formulam ejiciendi dæmones, quando non, IV, 298. i. An ei vere ascribantur exorcismi daemonum per radicem *baraas, ibid.* Salomonis exorcismi an magici et quando ab eo compositi, XVH. 352, 2. Salomon an alchimista fuerit/ Vili, 469, 2. Ken est alchimiæ inventor, V, 88, 2. Salomon an annulum htalem sapienti» habuerit, XIV, 348, 2. Academiam in arco Sionis el in atrio templi sui erexit, X, 566, 2. An ipsemet in ea sapientiam sit professus, V, 266. <, 2. El quoto anno regni sui : in ea parabolas et proverbia sua dictavit, *ibxd..* 2. Quo sensu se stultissimum virorum dixerit, VI. 422,2; XIX, 187, i. Ejus humilis modestia, VI, 423, i. Pr® Christo fuit insipiens, IX, 658, 2.

7» *Salomonis scripta.* Tres ejus libri, V, i, 1. Salomonis librorum distinctio, VII, 3, 1. Quo ordine libros suos scripserit. V,*2,2. Cum *Prorrrbia* scripsit, spiritum propheli» habuit, 2, i, 2. Anea dictant tantum, an vero conscripserit et digesserii, 2, 2. Ipsius sont omnia quæ libro *Proverbiorum* continentur, *ibid.* Fuit auctor libri Proverbiorum, ideoque ei suum nomen præfigil, idque primus inter omnes scriplores sacros, et quare, 4, 2; 15, L Cur se Davidis filium vocet, 15, i. Cur hoc obscuro orationis genere usus sit, 15, 2 et seq. Videtur sua proverbia diebus festis ad populum esse concionalus, 20, i. In iis nunc patris, nunc pædagogi personam induit, 31, 2. Lectorem et auditorem suum subinde inter docendum compellat et excitat. VI, <61, 2. Doctrinam suam commendat, 162, <65. Quot parabolas dictant, multe earum perierunt, 25<, <. Ipse eas scripait aut Mliem dictavit, >52, i. An aUam ulü-

morum duorum capitum *Proverbiorum* sit auctor. 417, 1, 2. Matrem suam deprædicat, et describit sub mulieris foriis typo, 488, i *(Vide* Pbovsr bia).

Salomon auctor libri dicti *Ecclesiastes,* VII. 1,2. Ille cur Ecclesiastes dicatur, 2. 1 ; 9,1, 2. Quaro se regem Jerusalem vocet, <1,2. Cur dose in tertia persona loquatur, 16, 2. Cur de tempore agat, 128. 1. Cur vix ullum hominem per omnia rectum se invenisse dicat, 276, 1 (Fide *Ecclesiastes).*

tur Christo, .<, 236, i : *Miserere plebi tux, super quam invocatum est nomen tuum : et Israel quem coxquasli primogenito tuo.* Ipsi assiduo cum Deo el angelis versantur, IX, 492 2: *In partes vade sxculi sancti. cum vivis et dantibus confessionem Deo.* Deum sitiunt, V, 335, i : *Desiderium justorum omne bonum est; prxslolalio impiorum furor.* Quam ardenter Deum desiderarunt, XIV, 337. 1. Deum quodammodo venantur, IX, 428, 2 : *Beatus vir..... qui excogitat vias illius in corde suo, cl in absconditis suis intelligent, vadens post illam quasi investigator, et in viis illius consistens.* Eorum pars ut sors Deus est, XII, 391. 1 : *Pars mea Dominus, dixit anima mea : prupterea exspectabo eum.* Sancti singuli sunt thronus Dei, XIII, 92, 2; XXI. 94, I ; 428, 2. Sunl corona Dei, XIV, 433. 2. Sunt domicilium SS. Trinitatis. *Job,* 764, 2. Sunt termini lerræ et tentoria Dei, 692, 4 : *Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum : et fulgurare lumine suo desuper, cardines quoque maris operiet.* Sancti habent charilatem violentam, XVIII, 452, 2: *Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a chántate Dei, qux est in Christo Jesu.* Sancti charilale pollentes. sunt perfectissima Ecclesiæ membra, XVIII, 637, 1,2: *Veritatem autem facientes in charilale, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus : ex quo lotum corpus compactum, et connexum per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in xdificalionem sui in charilale.* Sancti ad quorum cor Deus loquatur, XII, 317, I : *Propter hoc, ecce ego lactabo eam, ct ducam eam tn solitudinem : el loquar ad cor ejus.* Sancti extatici, XVIII, 534, 1 : *Christo confixus sum cruci : vivo autem jam non ego,* vivi/ *vero in me Christus.*

Terlio. *Sancti omnigena perfecttone pollent.* Sancti sunl peritissimi virtutis artifices, V, 383, 2. Sunt in aniina sua et proximorum fabri virtutum, X, 290, 2 : *Sic omnis faber et architectus, qui noctem lanquam diem transigit, qui sculpit signacula sculptilia, et assiduitas ejus variat picturam : cor suum dabit in similitudinem piclurx, el vigilia sua perficiet opus.* Sancti omnes quomodo animam et corpus cælarint et exornarint, XIV, 393, 1,2: *Ecce lapis quem dedi coram Jesu: super lapidem unum septem oculi sunl: ecce ego cxlabo sculpturam ejus, ait Dominus exercituum, el auferam iniquitatem terrx illius in die una.* Sancti dantur mundo in exemplum et portentum, XIX, 480. 2. Deo nixi quid non faciant, XX, 590, 1.2; *Vos ex Deo estis, filioli, et vicistis eum, quoniam major est qui in vobis est, quam qui in mundo.* Novoa excogitant modos Deo placendi, VI, 223, i. Sancti illustres viriate cætaros transcendunt, 524, 2 : *\íu!lx filix congregaverunt divitias; tu supergressa es universas.* Quo quis sanctior est, eo ad majorem sanctitatem aspirat, VII, 579, 1 : *En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera, amica mea, columba mea. formosa mea, el veni* Vivunt in perfecta chántate tum Dei. tum proximi, XII, 125, 1. Sanctis viris omne bonum placet, malum omne fugiunt, tentationes et novissima pnrvidenl. XIII, 497, 4, 2. Inimicos non tantum tolerant, sed el amant el beneficiis obruere student; summe jusli sunt, *ibid.,i.* Quidquid possunt, aliis communicant : injuriarum facile obliviscuntur, tòid. Hostes suos amarunt, XX, 593, 2. Neminem supra vires gravant; veraces el fideles sunl, tum Deo in fide, cultu.obedientia et volis; tum proximo in dictis ct factis, XHI, 498, 1. Tam amant pauperes quam diviles, imo magis afflictos quam felices, i6id. Omnem turbationem vitant, maledicta et malefacta proximorum dissimulant : non quærunl quæ sua sunl. sed pure Dei gloriam el proximorum utilitatem in omnibus actibus procurant, *ibid.* Omnibus in operibus perfecti esse student. t6id. Non puniunt bis idipsum, *ibid., 2.* Quomodo perfecti fiant, IX. 250. 2: *in omni virtute tua dilige eum qui te fecit.* Fructificant quinlupliciler, XII, 440. 2 : *Benedicius vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus. Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas : et non timebit cum venerit xstus. El erit folium ejus viride, et in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere (ructum.* Sanctorum constantia etslabilitas, IX, 586,2 : *Loramentum ligneum colligatum. in fundamento ædificn non dissolvetur ; sic el cor confirmatum* tn *cogitatione consilii. Cogitatus sensati in omni tempore. metu non depravabitur ;* X, 29, 1 : *Homo sanctus in sapientia sua manet sicut sol : nam stultus ut luna mutatur.* Semper incipiunt, XX, $25, I : *Propter quod incipiam vos semper commonere de his, el quidem scientes el confirmatos vos in presenti veritate.* Sæpo ferventer opus prosequuntur . quod tepidius inchoarunt, XI, 506, 2 : *Qui autem sperant* in *Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilx, current et non laborabunt, ambulabunt el non deficient.* Eorum fortia desideria sunl sicut tonitrua, X, 478, 2. Per plurimos annos sine peccato manere possunt, X, 29, 4. Omnes Dei inspirationes, motus, correptiones studiose exceperunt, XI, 400, 2. Bene utentes gratia, digni sunl majurem accipere, XV, 532, 2 : *Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta.* Gratiæ cooperantes, eamdem adaugent, XVI, 359, 1. Sanctis non est scandalum, cur, XX, 541, I : (M *diligit fratrem suum,* tn *lumine manet, el scandalum in eo non est.*

Quarto. *Sanctorum erga proximum charitas et beneficentia, el quantum aliis prosint.* Quam sint

benefici, VII, 435, 2 et seqq. Son eloquentia urbes et regna sæpe ab exilio liberant, V, 320, 2 ; Æne- *diclione jusiorum exaltabitur civitas : cl orc impiorum subvertetur,* Sunt munimen et ornamentum urbium, regnorum el totius universi. XIV, 361, L liem avílales *refugii, ibid.,* 2. Sancii zelosi sunt atlantes orbis, 618, 1. Portoni orbem. *Job,* 231, I : *Deus, cujus iras nemo resistor* potest, et sub quo curvantur qui portant orbem,* Eos habere amicos quam bonum sit, I, 185, 1 : *Dixit aulem Dominus ad Abram..... Benedicam benedicentibus libi, el maledicam maledicentibus libi, atque in te benedicentur univers* cognationes terrx.* Eorum aspectus quam salutaris, XVH, 115,2: *Intuens aulem in eum* (claudum) *Petrus cum Joanne, dixit : Ilespice in nos.* Sua praesentia peccatores salvant, 430, 2 : *Tunc stans Paulus in medio torum dixit:..... El nunc suadeo vobis bono animo esse : amissio enim nullius anima erit ex vobis, prxterquam navis. Astitit enim mihi hac nocte angelus bei, cujus sum ego el* rui *deservio, dicens : N* timeas, Paule, Cessuri te oportet assistere: et eccc donavit libi Deus omnes qui navigant lecum.* Dei irati manus continent, XI, 742, 2 ; *Non est qui invocet nomen tuum : qui consurgat, et teneat te: abscondisti faciem tuam a nobis, el allisisti nos in manu iniquitatis noslrx. Eorum preces miro* sunt efficaces, X, 225, I : #ui *adorat Deum in oblectatione, suscipietur, el deprecatio illius usque ad nubes propinquabit.* Eorum precibus «tot orbis terrarum, XIV, 618, 1,2. Ehi eorum salutatio miro efficax, VII, 30, L Eorum salutationes sunl ambiendis, XVIII, 43, 1. Sæpe uno verbo afflictis medentur, V, 364, 1 : *Est qui promittit, el quasi gladio pungitur conscienti* : lingua autem sapientium sanitas est.* Eorum umbra noxia malis, salutaris bonis. XVII, 150, 2: *Magis aulem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum, ita ut in plateas ejicerent infirmos, et ponerent in tectulis ac grabatis, ut, veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, el liberarentur ab infirmitatibus suis.* Sancti sunt trames fluvii divini, IX, 663. 1 : *Ego quasi trames aqu* immens* de fluvio : ego quasi fluvii dioryx, el sicul aqu* ductus exivi de paradiso.* Sancti animas suscipiunt, cisque juvant ei sublevant, V, 343, 1 : *Fructus justi lignum vit* ; et qui suscipit animos , sapiens est.* Sanctus unus totam familiam sanctificat. IX. <4,11 *Lucerna splendens super candelabrum sanctum, et species faciei super xlatem stabilem.* Sæpe per eleemosynas suas scelerum patrationem redimunt, IX. 373, i. Mulli vitam pro aliorum saluto exposuere, XX, 577, 1 *in hoc cognovimus charitatem Dei. quoniam ille animam pro nobis posuit, et nos debemus pro fratribus an moi ponere.* Sancti viri sunl patres el inntres eorum quos ad fidem et pcenilentiam convertunt, *Psotm.* II, 366, t. Eorum conversatio quam sit utilis aliis, XIX, 52, 2 : *Imitatores mei estote, fratres, et observate eos qui ita ambulant, sicul habetis formam nostram.* Cum iis eris sanctus, VI, 168, 2. Dolores inferni subire optarunt, ul animas ex eo liberarent. Vili,'210, 2 : *Quia fortis estui mors dilectio, dura sicul infernus amulatio.* Sunt lux mundi. XX, 524, 1. Sunt aliis carbones, aliis lampades, XiI, 487, 2 : *El similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, et quasi aspectus lampadarum.* Sunl column® lucis, II, 232, 1,2: */yilur die qua eredum est tabernaculum, operuit illud nubes, a vespere aulem super tentorium erat quasi species ignis usque mane.* Suis illustribus factis aliis prælucenl, X, 426, i. Eorum correptiones per grandinem designantur, X, 403, 2 : *In magnitudine sua posuit nubes, et confracti sunt lapides grandinis.* Quatenus gaudent do ruina impiorum et infidelium, IX, 676, 1 : *Novem insuspicabilia cordis magnificavi, el decimum dicam in lingua hominibus, Uomo, qui jucundatur in filiis, vivens el videns subversionem inimicorum suorum.*

Quinto. *Sanctorum humilitas.* Sanctorum humilitas et fortitudo. III, 528, 2. Quo magis in altum extolluntur, eo humiliores sunt. XIV, 273, 1. Sunt monies per virtutis eminentiam, et valles per humilitatem, VII, 600, 1. Ipsi etiam so peccatores agnoscunt el vocarunt, XV, 192, 2; XX, 137, 1. Sancti virtutes suas celant, V, 289, 1 : *Sapientes abscondunt scientiam : os aulem stulti confusionis proximum est. Sua* jusliliæ opera occultant, XII, 601. 1. Latere cupiunt, V, 289, 1; XIX, 102, 2: *Mortui enim eslis, el vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Sancti el fideles in hac vita absconditi, *Psalm.* II, 52. 2. Episcopatus et praelaturas sancti fugerunt. XI, 292, 2; XVI, 180, 2: *Omni autem cui mullum datum est, mullum quxrelur ab eo; et cui commendaveruni mullum, plus petent ab eo.* Laudem humanam fugerunt in vita et post mortem, X, 427, I eiseq. Non in se, sed in Domino gloriantur, 506, 2 ; *Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari libi?* Gloriantur in virtute tripliciter, item in Deo tripliciter. XII, 131, 2. Suas doles el miracula soli Deo ascribunt, XVII, 119, 2: *El in fide nominis ejus hunc, quem vos* vidiilM *et nostis, confirmavit nomen ejus: et fides, qu* per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium nostrum.* Sancti qui suas coronas Deo resignarunt, XXI, 115, 1 : *Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, el adorabant viventem in sæcula sxculorum el mittebant coronas suas ante thronum. Saul U semper omnes suas* vires, virilités, victorias, el trium* phosDeoei Christo ascribunt, XIV, 268. 1,2: *Deus Dominus fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi cervorum. El super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.* Quo fino aliqui se laudarunt, XVHI, 487, 2 : *Non enim qui seipsun* Commendat,*

ille prnbntus fil, *ted quem Deus commendfil.* Quomodo ob dona Dei scse commendent, XHI, 20, 1, 2: *Mihi quoque non in lapientia, qu* esi* <n *me plus quam* in *cunctis viventibus, sacramentum hoc revelatum est : sed ut interpretatio regi manifesta fi'rct, et cogitationes mentis twe scires.* Dum laudantur, fulgidiores flunt, et sanctiores, VI, 353, 2 : *Quomodo probatur in conflatorio argentum, et tn fornace aurum : ste probatur homo ore laudantis.* Sancti pleriquo metuunt, XX, 1585. 1, 2. Qualem nonnulli certitudinem gratia habuerint, 584, 2 : *El qui servat mandata ejus, in illo manet, et ipse in eo : et in hoc scimus quoniam manet in nobis de Spiritu quem dedit nobis.* Habent spem mixtam timore, 603, 2: *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras milht timorem.* Cum metu el Demore salutem suam operantur, IX, 177, 2; 178, I : *De propitiato peccato noli esse sine metu.* Cur de salute sua semper timeant, XIX, 32, 1 : *Itaque, charissimi, non ul in presentía mei lanium, sed mullo magis nunc in absentia mea, cum metu el tremore vestram salutem operamini.* Semper sibi ob oculos ponunt iram et misericordiam Dei. IX, 179, 1 : *Misericordia enim et ira ab illo cito proximant, el in peccatores respicit ira illius.*

Sexto. *Sanctorum mansuetudo.* Sancti mitessunt et pacifici, XXI, 226, 2 ot seq. Sunt pacifici et tranquilli, V, 300, 2 Sunt in loquendo affabile# el amabiles, IX, 551, 2 : *Sapiens in verbis seipsum amabilem facit: grati* aulem fatuorum effundentur.* Etiam erga pecora miles sunt, IX, 242, 2. Quomodo ira sua utantur, XX, 77, 2 *(Vide* Mansuetudo, Mitis).

Septimo. *Quantum peccati horrorem habuerint.* Sancti peccatum summo oxeerantur, IX, 448, i : *Omne exsecramentum erroris odit Dominus, et non crii amabile Umentibus eum.* Immense peccatum oderunt, lam in so quam in aliis, XIV, 214, 1. Quam acriter peccato restiterint, XIX, 498, 1. *Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes* Cruciamur offensis contra Doum ct proximum admissis, aX, 449, 1 : *Aspectu enim et auditu justus erat* (Loth), *habitans apud eos qui do die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant.* Sancti quam vigilantes et circumspecti in omnibus vivant, XII. 510, 1, 2. Crebro redount ad cor. IX, 565, 2 : *Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris; el qui limet Deum, convertetur ad cor suum.*

Octavo. *Sancti quam libidinem oderint el castitatis amatores fuerint.* Sancti incestos et impuros oderunt, VI. 229, 2. Ignom libidinis» igne corporeo extinxero. V, 178 2. Eliam bollum spiritus adversus carnem el vicissiin experiuntur, XVIII, 566,1 : *Caro concupiscit adversus spiritum, el spiritus adversus carnem: hxcenim sibi invicem adversantur, ul non quxeumque vultis, illa facialis.* Carnem suam quintupliciter crucifigunt, el vitia comprimunt, XVTT, 570, 1 ; *Qui autem funi Christi, carnem suam crucifixerunt, cum vitiis et concupiscentiis.* Sancti sunl velut reges ob domitar passiones, V, Hi, t. Dominantur Deo per victoriam de passionibus reportatam. IX, 483, 2.

Nono. *Saneli in operibus rectam intentionem habent:* IX. 431, 2 : *Statuet filios suos sub tegmina illius, el sub ramis ejus morabitur. Protegetur sub tegmine illius a fervore, et* in *gloria ejus requiescet.* Omnia ad honorem Dei relerunt, 1.594, L Omnium operum mitium »d Deum referunt, XX, 362, i. Pedes rectos habent, XII, 483, 2. Sancti ferventes parvo labore multum meriti accumulant, X, 112, 2 . *Laboravit dives* tn *congregatione substantis, et* in *requie sua replebitur bonis suis. Laboravit pauper in diminution* vietus, et in fina inopi fuit.* Omnia sua agebant ut angeli, 183, 2: */n omnibus operibus tuis procellens esto. Ne dederis maculam in gloria tua.* Qualia colloquia ha* bere solent, I, 593, 1 t *Cumque inlrasset taberna* culum, narravit Moyses cognato suo cunela qu* fecerat Dominus Pharaon! et Ægypliis propter Israel, universumque laborem qui acetdissel eis in itinere, el quod liberaverat eos Dominus,*

Decimo. *Sanctorum sapientia.* Sunl filii sapientiae divinæ, IX, 73, I : *Initium sapienti*, Iimor Domini; el cum fidelibus in vulva concreatus est, et cum electis feminis graditur, et cum justis el fidelibus agnoscitur.* Earum scientia el prudentia, 78, 2 : *Scientiam et intellectum prudenti* sapientia compartietur : et gloriam Umentium se exaltat. In* senio maxime sapiunt, V, 15*. 1. Sancti docti ut cœlum lucani. XHI, 169, 1, 2: *Qui aulem docti fuerinl, fulgebunt quasi splendor firmamenti: elqui ad Justitiam erudiunt mullos, quad steli* in perpetuas *ternitaies* Sancti precibus, jejuniis, et corporis maceratione a Deo m'clligentiain el prophetiam impetrarunt, XIII, 141, 1 : *El ait ad me* (Angelus): *Noli metuere, Daniel; quia ex die primo, quo posuisti eor tuum ut te affligeres in conspectu Dei lui, exaudita sunl verba tua, el ego veni propter sermones tues.* Sanctorum doctorum laus, III, 309. 2. Sanctorum plurium fuerunt sapientes conjectores et simul prcpbelæ, X, 258, 1.

Undecimo. *Sancti paupertatis sectatores fùere.* Sancti munera contempserunt ct refutarunt. IV, 26, 1, 2: *Despondit* (Eliseus Naaman) : hiil *Do+ minus, anle quem sio, quia non accipiam. Cum* que vim faceret, penitus non acquievit;* XIII, 70. 2 : *Despondens Daniel, ait coram rege: Munera lua sint libi, cl dona domus tu* alteri da.* Etsi divites, divitiis animum non aflìxeru XV, 198,2: *Non poleslis Deo servire et Mammon*.* Mulli in opulentia fuere pauperes, XVH, 116. 1 : *Petrus autem dixit: Argentum et aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc libi do.* Sancti caveant sibi a pecuniæ tractatione, XVI, 505, 1.

Duodecimo. *Sancti mundum el mundana fuge-*

Hint ft contempserunt, et solitudinem captarunt. Mundo sancti cæci sunt. Deo videntes.XII. 48.(. 2. Sunt mundanis exosi XX, 574, I et seqq. . *Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus.* Sanctorum Opera quibus stultitia sint. *Psalm.* II, 358, L .Sanctorum ludus est mundo illudere, I. 459, 2 : *Dixilque David.... : Ante Dominum.... ludam, et viliorfiam plus quam factus sum ; et ero humilis in oculis meis, et cum ancillis de quibus locuta es, gloriosior apparebo.* Mundus iis non erat dignus, quantum eorum sit pretium ct meritum, XIX, 490,1: *Circuierunl* in *melotis,in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti : quibus dignus non erat mundus.* Sancti aulas declinarunt, IX, 391.1,2: *Advocatus a potente discede : ex hoc enim magis te advocabit.* Turbas fugerunt, F.20, 1 : *Ne oblecteris* tn *turbis nec* in *modicis : assidua enim est commissio illorum.* Fuscrunl in desertum interdum ob persecutiones, XII. 299, I : *bugile, salvale animas vestras, et eritis quasi myricæ m deserto.* In montibus et rupibus egerunt, V, 203,1. Dilcxerunt montes. XX, 432. 2: *Hanc vocem nos audivimus de calo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.* S.epe sibi invicem solis cordibus loquebantur, cogitata ex solo vultu dignoscebant, VI, 351, 1 . *Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Sunt cosmopolitas, XVII, 413, 2. Sunt segregati a rebus terrenis, patro et matre, XVIII, 522, 1 : *Cum autem placuit ei qui me segregavit ex utero malris meæ, et vocavit per gratiam suam ut revelaret Filium suum in me... continuo non acquievi carni et sanguini.* Terrenis afTixi non sunl, XXI, 193, 1, 2. Sancti majores sunt sæculo, XI, 687, 2 : *Tunc delectaberis super Domino, et sustollam te super altitudines lerræ.* In mundo tanquam in exilio vivunt ct moriuntur, IV, 309,1 : *Completis itaque annis centum duobus, sepultusest* (Tobia>) *honorifice in Ninive.* Ipsis patria cœlum. terra exilium, XVII, Gl, 2; 172,2: *Deus glori* apparuit patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan, el dixit ad illum : Exi de terra tua, el de cognatione tua. el veni* in *terram quam monstratero libi.* So ul peregrinos hic gerunt, *Job,* 332,2: *Roborasti eum paululum ut in perpetuum transiret ; immutabis faciem ejus, el emittes eum.*

Decimo tertio. *Sanctorum lum pro suis, tum pro alienis peccatis pernitentia.* Sancii etiam delinquunt in mullis, *Job,* 515, 2 : *Numquid justifican potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus naius de muliere ?* Possunt gratia excidero, XXI. 74, 1 : Ecce *venio cito : tene quod habes, ut nemo accipiat coronam luam.* Cur nævis non careant, *Job,* 83, 2. Eorum fervor sensim tepescit, XIX, 174, 2. Eorum infirmitas el inconstantia, XVII, 66, 2. Hinc aliquando refrigescunt el cadunt, 194, 1. Si in peccatum prolabantur, res **est miseranda, X, 16, 2** : *In duobus contristatum est cor meum, et in tertio iracundia mihi advenit, vir bellator deficiens per inopiam : ct vir sensatus contemptus. El qui transgreditur a Justitia ad peccatum. Deus paravit eum ad rumphxam.* Eorum post delictum poenitentia, XII, 347, 2 et seqq. Peccantes semper ad vulnera Christi confugerunt, XX. 534, 2 : *quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum; el ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi* Peccatum semel admissum tota vita plangunt, XI, 4SI, 1 : *Recogitabo libi omnes annos meos vi amaritudine animæ me*.* Peccata tum sua, tum populi confitentur, XIII. 112. 2: *Tibi, Domine, justitia : nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Juda, el habitatoribus Jerusalem, et omni Israel, his qui prope sunl, el his qui procul, in universis terris ad quas ejecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccaverunt in te.* Sancti Dei iram portant, dum peccatis suis puniuntur, XIV, 147, 2: *Iram Domini portabo, quia peccavi, donec causam meam judicet, el faciat judicium meum.* Publicas clades el privatam mortem suis suorumque peccatis attribuunt, XII, 383, 1, 2: *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus;* XIII, 42, i : *Judicia enim vera fecisti, juxta omnia quæ induxisti super nos, el super civitatem sanctam patrum nostrorum Jerusalem: quia in verilate, el in judicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra.* Sancti pœniten es Dei erga se misericordiam semper celebrarunt, XIV, 152, 2. Iis prima peccata ad gloriam cedunt, XX, 358, 1 : *Charitas operit multitudinem peccatorum.*

5° *Sanctorum probationes et tribulationes.* Sancti hic tribulationibus teutantur, I, 3G6, 1. Eorum est pasci opprobriis, ul probatur exemplis, XII, 395,2; 396, 1 : *Dabit perculienli se maxillam, saturabitur opprobriis.* Sancti cur in bello justo aliquando caedantur ab impiis et injustis, 111, 229, 1, 2. Pro beneficiis maleficia ab amicis accipiunt, IV, 276, 1. Sanctis quandoque bona tribuit Deus, quandoque aufért, *Psalm.* I. 288. 2. Sancti quomodo dicantur transire per ignem et aquam, *Psalm.* I, 418, 1,2; *Transivimus per ignem et aquam, el eduxisti nos in refrigerium.* In vita fuerunt infirmi cur, XX, 224, 2 ; *Elias homo erat similis nobis passibilis.* Multipliciter probantur, *Job,* 158, 1,2: *Sagittæ Domini in me sunl: quarum indignatio ebibit spiritum meum, el terrores Domini militant contra mc.* 237, i. Plus perpessi sunl quam meruerunt, 156,1: *Despondens aulem Job dixit : Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, el calamitas quam patior, in staterai Quasi arena maris hæo gravior appareret : unde et verba mea dolore sunt plena.* A dæmone impetuntur, 765, 1. Visa impiorum prosperitate, sæpe turbantur, XIV, 203 2.

Sancti cur permittantur a Deo affligi, IV, 274,1,2: *Hanc aulem lenlalioncm xdeo permxsil Dominus eve-*

ñire *illi,* ur *posteris daretur exemplum patientia ejus, sicut et sancti Job.* Quam tcnlalionos sint iis utiles, et cur his gloriantur. XVIII, 504. 2 : *El ne magnitudo revelationum extnltal me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satana, qui me colaphizet.* Cur leniantur, ¡X, 90. I ; 92. 1; 93. 1 : *Fili. accedens ad servitutem Dei, sta injustitia el timore, et prxpara animum luam ad tentationem.* Probantur adversis, 92, 1 ; 93, 1 ; 94, 1 . *Deprime cor tuum, et sustine : inclina aurem tuam, el suscipe verba intellectus; el ne festines in tempore obductionis* ; 98, 1 : *Sustine sustentationes Dei, conjungere Deo, et sustine, ul creicat in novissimo vita tua. Omne, quod libi applicitum fuerit, accipe: el in dolore sustine, el in humilitate tua patientiam habe;* 158, 1, 2 : *In lenlalione ambulat cum eo, et in primis eligit eum. Timorem, et melum, et probationem inducet super illum in tribulatione doctnnæ sua, donec lentet eum in cogitationibus suis, el credat animæ illius ;* 24 i, 2. Adversis probantur, ut igne aurum. XIV, 523,1, 2: *Et erunt in omni terra, dicil Dominus: partes dux in ea dispergentur, el deficient; et tertia pars relinquetur in ea. El ducam tertiam partem per ignem, et uram eossicul uritur argentum, et probabo eos sicut probatur aurum.* Sancti horrendis lentationibus pulsantur ad majorem humilitatem, virtutem et meritum, XV, 124, 2. Tonlari permittuntur no superbiant, III, 121,2: *Iralusquc est (uror Domini Israel, el ait : Quia irritum fecit gens ista pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum,..... et ego non delebo gentes quas dimisil Josué, el mortuus est : el in ipsis experiar Israel, utrum custodiant viam Domini, el ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non.* Morbis pullantur ad probandum eorum patientiam, XVI, 376. 1,2; 458, 1. Affliguntur ul a Deo exaltentur, V. 503. 2. Quo magis adversis pressi sunl. eo suaviorem virtutis odorem sparsere. XVIII 419,1 : *Deo aulem gratias, qui semper triumphal nos in Christo Jesu, et odorem notitia sua manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo in iis qui salvi fiunt, el in iis qui pereunt; aliis quidem odor morlis in mortem, aliis aulem odor vita in vitam.* Sunt acerra regia, seu thuribulum Christi, *ibid.,* 2. Per passiones fiunt Deo similes, XIX, 371, 2 : *Decebat enim eum propter quem omnia, el per quem omnia, qui mullos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.* Tribulationes cis in bonum cooperantur, XVIII, 143, i : *Scimus aulem quoniam diligentiius Deum omnia cooperantur in bonum, iis. qui secundum propositum vocali sunt sancti.* Laboribus et crucibus redduntur apti ad æternam gloriam, V, 83, 2 : *Quem enim diligit Dominus, corripit, ct quasi paler in filio complacel sibi.*

Sancti in omnibus quomodo Dei voluntati se resignent, I, 416, 1, 2. ili in adversis gratias agunt IV, 274, 2 : *Mon est contrístalas* (Tobias) *conira Deum quod plaga excitatis evenerit ei; sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vita sua.* In quavis afflictione gaudent. XIX, 60, 2 : *Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete.* Amant dura el aspera, XII, 164, 1, 2. Sancti Veteris Testamenti in cruce delebant, Sancti Novi gaudent, *ibid.,* 1. Sancti omnes crucem honorarunt cl amarunt, 571 ,1. 2. Sancti viri semper martyrium ambierunt, XVII, 157, 2 : *Et illi quidem* (apostoli) *ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habili sunt pro nomina Jesu contumeliam pati.* Sancta fuerunt tolerantes ut agni, id probatur exemplis, XII, 101, 1, 2 : *El ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* Sancti maximi in crucis opprobrio maximam perfectionem ponunt, XVIII, 256, 2. Eis in periculis crescit spes el animus. XVII, 432, I. Confidunt ut leo, VI, 362, 2; 363, 1 : *Fugit impius nemine perseguente : justus aulem quasi leo confidens, absque terrore erit.* Eorum fortitudo est Deus ipse, V, 309, 1 : *Fortitudo simplicis via Domini ; el pavor his qui operantur malum.* Nitil liment, XX. 330, 1 : *Sed et si quid patimini propier justitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis.* Timore Dei armati vicerunt tyrannos, supplicia el adversa, V, 431, 1 : *In timore Domini fiducia fortitudinis, et filiis ejus erit spes.* Quasi amianti in igne illæsi fuere, XI, 532, 2 : *Cum transieris per aquas, tecum ero, et fiamma non operiet le : cum ambulaveris in igne, non combures. el fiamma non ardebit in le.* XIX. 421, 1. Sancti tribulati electro ignito repraesentantur, XII, 512, 2.

6* *Sanctos magnis gratiis et beneficiis Deus cumulavit el dono miraculorum decora vil.* Sancti quam Deo sint chan, XIV, 603, 2 Sunl peculium Dei, *ibid,.* 1,2: *El erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium : et parcam eis. sicut parcit vir filio servienti sibi.* Tres sancti Christo præ reliquis placuerunt, XVI, 17, 1,2 Eos Deus luce sua illuminat, X, 549, 1, 2: *Dealus qui in istis versatur bonis; qui ponit illa* in *corde suo, sapiens ent semper. Si enim hxc fecerit, ad omnia valebit : quia lux Dei vestigium ejus est.* Sanctis quibusdam eximiis Deus lucem el fulgorem afflat, IV, 337,2. Eorum propria dos est gloria, V, 103, 1 : *Gloriam sopientes possidebunt; stultorum exaltatio ignominia.* Eorum gloria est gloria Dei. X, 428, 2. Qualem ipsis gloriam Deus communicet, V, 217 2. Sunl Dei secretarii, V, 100, 1. Res hæc probatur exemplis, *ibid.* Quibusdam in terris, suus locus m <œhs fuit ostensus, I, 288. 2. Cum sanctis nonnullis Christus est miro delicialus, V, 241, L Eos inebriat, et quodammodo amentes facit, *il id.* Quomodo iis non occurrent mala, X, 164, 1; 165, 1 : *Dominum non occurrent mala, sed in lenlalione Deus illum conservabit, et laborabit a malis.* Similes sunt diebus festis, X, 169, 3 etseq. Eorum

rota prævenlt Deus, XX, 582, 2 : *diarissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos. fiduciam habemus ad Deum. Et quidquid petierimus, acdpiemus abeo; quoniam mandata ejus custodimus, el ea, qux sunl placita coram eo, faeimus.* In quo sunt fortunali, X, 507, 1. Sanctos inultos aluit Deus sine cibo, XV, 121, 2.

Sanctis serviunt omnes creaturo?, 1,560,2: *Et injressi sunt filii brael per medium sicci maris : erat mim aqua quasi murus a dextra eorum el lxva.* Jancti eminentes dominium in feras accepere, XIII, j!L 1, J: *Et percultam cum eis fadus indic illa, tum bestia agri, el cum volucre cali, et cum reptili !errx* XX, 151, 1, XVII, 436, 2 : *Ul vero viderunt barbari pendentem bestiam de manu ejus* (Pauli), *ad invicem dicebant : Utique homicida esi homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere. Et ille quidem exculiens bestiam in ignem, nihil mali passus est.* Lupos cicurarunt, IX, 398, 1, 2. Eorum fides etiam animalibus venerationi est, X, 77, 1 ; *Job,* 148, 1 : /n *validate el fame ridebis, et bestias terrx non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum, cl beslix terrx pacific# erunt libi.* Sancti innocentes ot obodientes cum Iconibus luserunt, X, 484, 2 ; 485, 1 : *Cum leonibus lusit David quasi cum agnis : et in ursis similiter fedi sicut in agnis ovium, in juventute sua.*

Sancti quam habeant fiduciam ad patranda miracula, XVIII, 432, 1 : *fiduciam aulem talem habemus per Christum ad Deum : non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis : sed sufficientia nostra ex Deo esi.* Sancti vident absentia. IV, 29, 1 : *El dixit Eliseus : Unde venis, Giezi ? Qui respondit : Non ivit servus luus quoquam Al ille ait : Nonne cor meum in prxsenli eral, quando reversus esi homo de curru suo in occursum tui ?* Quidam vestem suam radiis solis suspenderunt. *Job,* 223, 2. Sancti hospitales angelos receperunt. XIX. 513,1 *: Hospitalitatem notile oblivisci, per hanc enim latuerunt quidam, angelis hospitio receptis.* Olim per panem aut oleum benedictum ab energumenis daemones expellebant, IV, 198 1. Sancti qui pauperes et austeri vixerunt, maximo miraculis claruere, XV, 394, 2 : *Dixit illis Jesus;..... Hoc aulem genus* (dæmunîorum) *non ejicilur, nisi per orationem el jejunium,* XVII. 415,2; XVIII, 337, 2 : *Ego igitur sio curro, non* quoji *in incertum : sic pugno, non quasi cerem verberans. Sed castigo corpus meum, el in servilulem redigo; ne farle cum aliis prxdicaverim, ipse reprobus efficiar.* Miracula faciunt vel prece, vel polestale, XVII, 119, i.

7* *Sancti mortem optarunt, cœlum semper aspicientes.* Spes gloria? futura? eis est stimulus ad virtutem. IV, 275, 2 : fdii *sanctorum sumus, el vtlam diam cxpectamus, quam Deus dalurus esi* qui *fidem suam nunquam mulanlabeo.* Possideat cuUuxu con^iUu, terram patieaUa, 450, 2 : *El possederunt omnem locum consilio suo ri patientia,* Semper cœlum aspiciunt, XVII, 61, 2 : Viri *Gali* Ixi, quid statis aspicientes* in *calum ? Hie Jesus, qui assumptus est a vobis in calum. sio veniet, quemadmodum vidistis eum eunlem in calum.* Saliunt animo in cœlum, XVI, 359, 1 : *Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum; qui aulem bibe-rii ex aqua quam ego dabo ei. non silici in xternum; sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aqux salientis in vitam xlernam.* A cœlo suspensi vivunt, *Job,* 195, 1 : *Quamobrem elegii suspendium anima mea, et mortem ossa mea.* Mortem instanlem semper prospiciunt, V, 158, 1. Assidue novissima cogitant, IX, 238. 2 : *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, el in xternum non peccabis.* Sancti fore semper ad mortem aspirarunt, *Job,* <61, 4: (hrü *del ul venial petitio mea, et quod especio tribual mihi Deus ? Et qui capii ipse me conterat, solvat manum suam, el succidat me.* Insultant morti, imo eam optant, el cur, XIX, 14,1 el seqq. : *Coarclor aulem e duobus : desiderium habens dissolvi, el esse cum Christo, mullo magis melius : permanere aulem in carne, necessarium proptervos.* Semper dissolvi cupiunt, XXI, 413, 2: *El spiritus el sponsa dicunt : Veni. El qui audii, dicat: Veni. El qui siiti, venial ; et qui vult, accipiat aquam vilx gratis.* Desiderant mori, ne videant lol Dei offensas, VII, 165, 2 : *El laudavi magis mortuos, quam viventes : el feliciorem utroque judicavi, qui necdum natus esi, nec vidit mala qux sub sole fiunt.* Quia mortem assiduo cogitant, ideo eam non timent, sed eam optant. X, 345, 1,2; 347, 2 : *0 morsi bonum est judicium tuum homini indigenli, el qui minoratur viribus, defedo xlale.el cui de omnibus cura est, et incredibili qui perdii palienliam,* 350, 2. Oplant carne dissolvi et esse cum Deo, XYI, 156. 1. Subinde tamen eam horrent, XVIII, 447, 2 : *Nam el in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, qux de cœlo esi, superindui cupientes.* Semper ad mortem fuero disposili, XV. 520, 1, 2 : *Ideo el vos estote parali, quia qua nescitis hora Filius hominis veniet.* Sancti emmentes sunt brevis ævi, sed illud mullis virtutibus implent, XIV, 364, 2. In morte jubilant, IX, 66, 2 : *Timenti Dominum bene erit in extremis; el in die defunctionis sux benedicetur.* Sancti cur dicantur ad austrum cadere, VII, 368, 2 : 5i *reddent lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Post mortem sæpo apud homines sunt in gloria, sed semper apud Deum, X, 355, 2 : *Bonx vilx numerus dierum ; bonum aulem nomen pei manebit in xvum.*

8* *Sancti in fine mundi et in die judicii.* Sancti in fine mundi victuri, in terra signabuntur, no communibus orbis plagis involvanlur, non in cœlo, XXI, 160, 1. Cur iis lune delur palma, 473, 2. Judicantur ut impii, *Job,* 683, I : *Causa tua quasi impii judicata est, causam judiciumque recipies.*

In fine mundi non pavebunt ob casus inopinatos tunc evenientes, V, 96, t : Ac *paveas repentino* terrore, el irruente; *tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, el custodiet pedem tuum ne capiaris.* In judicio non trepidabunt, XX, 559, 2; 560, 2 ; *El nunc, filioli, manete in eo, ul. cum apparuerit, habeamus fiduciam, el non confundamur ab eo in adventu ejus.* In die judicii, cælcris palpitantibus, securi et confidenter stabunt, XIII, 524, 1 : *El Dominus de Sion rugiet, el de Jerusalem dabit vocem suam: cl movebuntur cali el Ierra : el Dominus spes populi sui, et forhludo filiorum Israel.* In dio judicii judicabunt gentes, IX, 156, 1 ; *Qui audii illam* (sapientiam), *judicabit Gentes : el qui intuetur illam, permanebit confidens;* XVHI, 291, 2 : *El si m vobis judicabitur mundus, indigni estis qui de minimis judicetis? Nescitis quoniam angelos judicabimus?* In dio judicii sunt futuri judices orbis, XXI, 61, i : *Qui vicerit, el custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes, el reget eas in virga ferrea.* Judicabunt cum Christo et eamdem sententiam ferent quam Christus, XIII, 96, 2 ; XV, 433, 2 : *Jesus autem dixit illis : Arnen dico vobis, quod vos qui secuti estis me,* in *regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis el vos super sedes duodecim, judicantes duodecim Iribus Israel;* Psalm. II, 475, 2 : *Exaltationes Dei in gutture eorum, el gladii ancipite* in manibus eorum. Ad faciendam vindiciam in nationibus. increpationes in populis; ad alligandos reges eorum* in *compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis.* In die judicii inimicos suos gladio punient, IV, 388, 2. Occurrent Christo ad judicium venienti in aera, et sedebunt cum illo in splendidis nubibus diversos per ordines, XIX, <34, 1.2: *Et mortui qui* in *Christo si.nl, resurgent primi: deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus.* In resurrectione etiam gloria corporis donabuntur, 133,1,2. Sancti non surrexeruni e monumentis, nisi resurgente Christo, et quare. XV, 635, 1,2: *El monumenta aperta sunt, et mulla corpora sanctorum, qui dormierant, surrexeruni. Et exeuntes de monumentis posi resurrectionem ejus, venerunt in sanciam civitatem, el apparuerunt multis.* Non sunt exinde rursus mortui, XV, 635, 2; XVII, <00, 2. Quinam potissimum resurrexerint, XV, 636, 1. Quibus apparuerint, iMd.y 2.

9« *'Quomodo erga sánelos in terra gerere nos debeamus.* Quanto in pretio habendi sint, etiam in terra viventes, I, 225, 2. Sanctus unus ¡equivale!, imo pluris valet quam milio impii, IX, 458, i : *Melior est enim unus timens Deum, quam mille fihi impii; et utile est mori sine filiis, quam relinquere filios impios.* Sanctum ferventem unum pluris facit Deus, quam centum communes justos, I XIV, 618 1. Eorum lama a pluribus virtutibus componitur. X, 521, 1 : *Memoria Josiæ in compositionem odoris facia opus pigmentarii, N* regibu» ct principibus coluntur, IX, 439, i. Ab iis petenda sunt consilia, X, 253, 2: *Cum viro sancio assiduus esto, quemcumque cognoveris observantem timorem Dei : cujus anima est secundum animam tuam, el qui cum titubaveris in tenebrie, condolebit Iibi.* Non sunt persequendi, VI, 78, 4 : *Duma est homini devoraro sanctos, el post vola retractare,*

W Quibus rebus sancti tn *Scriptura assimi* lenlur.* Stallia a>similantur sex de causis, 1,10!, 1; XVIII, 409, i. Et ob decem analogias, I, 62, 1 ; X, 31, 1 ; 3J, 2 ; 31, 1 ; 390, 2. Sunt aves pennatæ mystice, VI, 41, 2. Sunt velut aquila», VI, 186. 1; XV, 511,2 et seq ; XIX, 55, 1. 2. Ipsis Scriptura dat alas aquila),XI, 503,2. Et ad instar earum renovantur, 504, 1. Quomodo iis pares sunt, ibid.,2; 505 1. Sanctus sæculi est velut formica, V, 159,1. Est similis palmæ, VIH, 191, 1,2; IX. 636. 1 et seq. Sancti sunt velut cedri, IX, 634, 1. in Scriptura vocantur cœli, X, 341, 2. Sunt rœlum ob octo analogias, XI, 609, 2. Sancti hirundinibus comparantur, XII, 76, 1,2. Oleæ et olivæ assiinilantur, cur, XII. 98. 2; XIII, 471 ; XXI, 216, 2. Cervis denotantur, XIV, 267, i. Per iridein repræsentanlur, XXI, 96, 1.

II. Sanciti in coelo.— !• *Sancti scribuntur calo et colitibus,* XII. 144, i, 2. Sancti scribuntur in cœhs, impii in terra et gehenna, XI, 147. 1: *El eiil : Omnis qui relictus fuerit* tn *Sion. el residuus in Jerusalem, sanclus vocabitur, omnis qui scriptus est* in *vita* in *Jerusalem.*

2« *Sancti qux bona* tn *coelis habeant,* XI, 739,2 et seq. : *A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt : oculus non vidit, Deus, absque te, quæ preparasti expectantibus te.* Sancti slatim a morte ad conspectum Dei admittuntur, V. 70. 2. Sunt sors sanctorum el regnum Christi, XIV, 603, 2. Sancti erunt filii et hæredes Dei, XV, 149, 2 : *Deoii pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Sancti cum Deo regnantes, sunt sedes Dei, *Psalm.* II. 315, 1 : 0uía *illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David.* Quornodo Deo sunl futuri similes, XVIII, 632, 1 : *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram xtatis plenitudinis Christi.* Sunt in cœlis similes aquilis, I, 598, 1. Sanctorum felicitas per lilium significatur, 111, 588, 2. Eorum gaudium in cœlum est festum *Phurim,* IV, 388, 2. In cœlo ob opera laudantur, VI, 533, 1 : *Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera ejus.* In cœlo stant quasi victores, VIII, 378, 2 : *Tunc stabunt justi in magna constantia adversus cos qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum.* Ibi vulnera et cicatrices suas ostentabunt. VI, 533, 2. Contemplationis signum habent in frontibus, in manibus vero palmas boui operis,

XXI, 1. Ibi amicti sunt stolis albis, quidhæ significant. 171,1. *Post hxc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, el tribubus, et populis, el linguis : stantes ante thronum, el in conspectu Agni, amidi stolis albis, etpalmx in manibus eorum. In* coelo mutabunt *fortitudinem, quomodo,* XI, 503, 2 : *Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ; current el non laborabunt, ambulabunt el non deficient.* Sancti omnes in cœlo futuri sunt reges cœlestes et æterni, XIII. 98, 2 : *Pegnum autem, el potestas, el magnitudo regni, quæ est subter catum, detur populo sanctorum Altissimi : cujus regnum, regnum sempiternum est, el omnes reges servient ei, el obedient.* Qua ratione id meruerunt, 96, 2. Magis honorati fuero quam reges, IX, 317, 1, 2; 319, 1 : *Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum; semen aulem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini.* Eorum memoria œterna est et cum honore, 317, 2 : *Memoriam superborum perdidit Deus, et reliquit memoriam humilium sensu.* Eorum honor est honor Dei, XV, 170, 1. In cœlo omni benedictione cœlesli benedicuntur, XIII, 526, 2; 527, 1,2. In cœlo de suis donis gaudebunt, ot de reproborum quomodo, XV, 532. 2. Sancti semperet uniformiter Deum laudant in cœlo, XXI, 128, 2. Sanctorum animæ dicuntur esso in cœlo sub altari thymiamatis, corpora sub altari holocaustorum in terra, 149,1 *(Vide* Beati, Coelum, Gloria coelestis).

3« *Sancii quæ bona nobis obtineant.* Primo. *Perfectius res nostras in coelo intclligunt. quam in terra intellexerunt-,* XVIII. 384, 2: *Nunc cognosco ex parte, tunc aulem cognoscam sicul et cognitus sum.*

Secundo. *Sancti post mortem res mortalium curant ;* XX, 427, 2 : *Dabo autem operam cl frequenter habere vos post obitum meum, ul horum memoriam facialis.* Eliam mortui nosjuvant. IV, 55, 1. Curam nostri gerunt. *Job,* 122, 1,2: *Voca ergo, si est qui libi respondeat, et ad aliquem sanctorum convertere.* Quantum nobis prosint, *ibid.* Sancti pro piis pugnant,IV, 426, 2 : *El ait Judas : Facite esl concludi mullos in manus paucorum; et non esl di/ferentia in conspectu Dei cali liberare in mullis, el in paucis ; quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de calo fortitudo est.* Certis locis, quibus in vita laborarunt. a Deo in cœlo præficiuntur, XV, 531, 2. Sunl spes Ecclesiæ, XI, 153, 1.

Tertio. Suis orationibus nos juvant, et orationes nostras offerunt, XVIII, 376. 1 : St *quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra;* XXI, 130, 2 : *El cum aperuisset librum, quatuor ammalia, et viginli quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, et phialas Curtas plenas odoramentorum, quæ sunl orationes venetorum.* In cœlo, Deo et Christo revelante, preces nostras audiunt et cognoscunt, XI, 736, 1,2. Quomodo id fiet, *ibid.* Dici possunt nostri mediatores, XVIII, 545, 2; XIX, 198, 2. Sunt nostri advocati post Christum, XX, 533 2. Sunt spes nostra mediato, XIX, 177, 1. Sanctorum preces prosunt eis qui simul cum iis conniluntur et collaborant, XII, 125. 1 : *El dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses el Samuel coram mc, non est anima mea ad populum istum : ejice illos a facie mea, et egrediantur.* Pro hominibus peccantibus orant, nec apud Deum cos accusant, XV, 415. 1 Sanctorum intercessio ct salutatio sunl efficaces XVI, 30, 2.

4* *Sanctorum cullus et invocatio astruuntur.* Eorum canonizatio quo ritu fiat. X, 429, 1. Eorum cultus astruitur, XXI, 20, 1. Eorum cultus nihil Christo demit,XIX,343, 1. Eorum invocatio contra hæreticos asseritur,XII,599,2; XXI, 20, 1. Eorum invocatio estlicita, XVIII, 241, 2 : *Obsecro vos ul adjuvetis me in orationibus vestris ad Deum.* Quomodo hæc ab invocatione Dei differat, 179, 2. Sanctos invocaro tutius est quam animas in purgatorio, IV, 564, 2. Sanctorum invocatio non damnatur ab Apostolo in prohibitione religionis angelorum, XIX, 93, 2. Sanctorum invocatio antiqua, *Job,* 121, 1. Sancti sunl colendi dulia, X, 490, 2. Sancti tutelares fidelium quomodo colendi, XI, 668. 1, Deus in sanctos honoratur, XVIII, 44, 2elscq. Eis res temone non sunt vovcndæ,VI, 78, 1. Eorum irreverentia nominatio prohibetur, IX, 600, 1,2 : *Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, el nominibus sanctorum non admiscearis; quoniam non eris immunis ab eis.* Per eos quatenus jurare liceat, XV, 170, 1. Sanctorum fatalem diem recolit Ecclesia, non natalem. XVI, 43, 2 Eorum festa jam ab olim Ecclesia celebrat X, 429, 2 Eorum festa quare celebrantur, XX, 645, 1. Eos vivos non ferunt mali, functos vita venerantur, XV, 495, 1, 2. Eos in canone Missæ commemorari vetus est institutum, XVIII, 211, 1. Qui sancti in canone Missæ recitentur, XX. 208,2 *Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt.* Sanctorum commemoratio in Missa et lions canonicis quia sibi velit, *Job,* 122, 2. Eorum vestigia olim adorata ab hominibus, XXI, 73, 1. Cur iis appingantur radii, XVIII, 595, 1, 2. Eorum agones sunt a Latinis per Martyrologium, a Græcisper Menologia celebrati, X, 429. 1.

5® *Sanctorum sepulcra gloriosa,* XI, 266, 1, 2 et seq. Eorum corpora imputribilia sunt, XIII, 527. 1. Eorum ossa quomodo germinent, XI 762, 1,2 : *Videbitis, et gaudebit cor vestrum,* a *ossa vestra quasi herba germinabunt, cl cognoscetur manus Domini servis ejus.* Ossa eorum quomodo pullulent, per ea fideles magna beneficia impetrant, X, 475, 2 etseq. : *Ul sil memoria illorum in benedictione, et ossa eorum pullulent de loco suo, cl nomen eorum permaneat in ælernum, permaneris ad filios illorum, sanciol'uni virorum*

gloria. Sanctorum mullorum etiam hodie ossa mirabiliter conservala ebulliunt, alia liquorem odoriferum elsalutiferum stillant, XII. 761, 1,2 et seq. Cur nonnulli oleum stillent, X, 540, 2 : *Quasi oliva pullulans et cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam glorix, el vestiri eum in consummationem virtutis.* E sanctorum qui misericordes fuero corporibus scaturit oleum, XXI, 226, 2. Sancti quidam post mortem veritatem occultam detexerunt, X, 516,2: *Nec superavit illum* (Eliscum) *verbum aliquod, el mortuum prophetavit corpus ejus.*

& Sanctorum exempla Christiani imitare debent. Sancti quomodo debeant esso omnes Christiani, H, 132, 1 : *Erilis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus.* Sanctus esse debet qui ad Deum in cœlo ire vult, XI, 173, 1. Sanctorum exempla alios ad imitationem excitant, II, 132, 1; V, 398, 4: *Mulli cibi in novalibus patrum; el aliis congregantur absque judicio;* XIX, 494, 4 : *[deoque el nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, ct circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.* Eorum exempla inspicienda et imitanda, X, 427, 2. Eorum vitas imitari nos oportet, IX, 492, 2. *In paries vadesxculi sancti, cum vivis el dantibus confessionem Deo.* Eorum vita peccatori velul lucerna est, XIV. 283, 2.

SANCTUS diaconus. Sanctus diaconus Christianum se esse quanti faceret, XII, 447, 1 ; XVIII, 252, 2.

SANCTUS Pagninus. Sancti Pagnini Hcbræo-Chrisliani versio in quo reprehensionem mereatur, IX, 24, 2.

SANDALIA. Sandalia quid sint, sunt calcei, givo munimenta pedum, XV. 262, 1, 2; XVII. 263, 2. Eorum forma, XVII, 264,2. Ea fuere apostolis permissa, XV, 262, 1, 2. Sandalia cur apostolos habere Chrislusjusserit, XVIII, 681, 1. Sandalium S. Andreæ Treviris asservatur, XV, 262, 2.

SANEDRIN. Sancdrim quod esset concilium, et e quibus esset conflatum, XV, 161, 1; XVII, 125, 2. Ineo damnatus est Christus, praesidentibus Anna el Caipha, XVII, 125, 2.

SANGUINEUS. Sanguinei facile a vino vincuntur, VI, 485, 2. Sanguinea, calida et spiritosa complexio cogitationes bonas, lælas, animosas patii, XIV, 86, 1.

SANGUIS. I0 *Sanguis littcraliler sumptus.* Primo. *Quid sil sanguis in corpore humano.* In sanguino vita consistit, V, 198, 1. Ex sanguinibus fit generatio humana, XVI, 305, 2 et seq. Sanguis in corporo humano est principalis humor, II, 112, 1. Sanguis sudatur naturaliter in vehementi angoro, maximo ab oo qui delicato raro et poroso est corporo, XVI, 265, 2. Quomodo eum sudant Redemptor in horto, et qua ex causa, 266, 1. Unde sanguinis fluxus in Judicis habeat ortum, et an vero eum patiantur, XV, 605, 1, 2.

Secundo. *Sanguinis esus 't potus quatenus olim et nunc illicitus.* Sanguinis esus in lege natur® inhibitus, 1,154, 2. Sanguinis esus ante diluvium vetitus, el etiam posi neochristianis, XVII. 302.2. Eum potabant Gentiles, 303, 1. Sanguinis esus et polus priscis Judæis sub pœna morlis vetitus, IV 340, 2; XII. 737, 2. Idque tribus do causis, II, 23, 2; III, 2. Sanguino jam vesci licitum, XVII, 303, 1. Ægyptii sanguinolenti sanguine potati, VIII, 514, 2.

Tertio. *Sanguinis effusio.* Sanguis humanus parce effundendus, XIII, 540, 2. Sanguis in rixa effusus iram accendit, V, 537, 2. Sanguis inno, cens effusus clamat vindictam, et per vindictam expiatur, XIII, 529, 1. Sanguis e cadavere fluens præsente homicida esl instar miraculi, non naturalis, XVI, 620, 1. Sanguis cur ostenderetur elephantis in prælio hominum, IV. 442,1, 2. Sanguinem humanum quomodo Deus dicatnr a bestiis requirere, 1,155, 1. Sanguine Prophetarum interfectorum plena fuit Jerusalem usque ados, XII, 676, 2.

Quarto. *Sanguinis effusio el libatio in priscis sacrificiis.* Sanguine et victimis fœdera apud veteres sanciebantur, XVIII, 366, 1 : XIX, 443, 1. Et iis dividebatur. XVIII, 366, 1. Sanguis victimarum effusus Deo libabatur. XV. 559, 1. Sanguis victimarum in altareel populum spargebatur, XIX, 443, 1. Quid hæc aspersio denotaret, *ibid.* Sanguis septies aspersus contra propitialonum quid significet, II, 106, 2. Sanguis victimarum immolatarum subindo in Sanctum inferebatur. XIX, 436, 2.

Quarto. *Sanguis pluens.* Sanguis dum pluit, iram cœlestem prænunliat, XXI, 193. i. Sanguis pluens in Aquitania tempore Roberti regis, quid portenderet XXI, 145, t, 2.

Vita brevis nos monet ut illam bene impendamus, I, 332, 2. Vitæ brevitas suadet ut æternis inhiemus, XHI; 622, 1, 2. Eam quisque habet velut stadium in quo usque ad morlem decurrat, 436, 2. Vita bona non est differenda in crastinum, XIX, 382, 1, 2 : *Adhortamini vosmelipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur.* Vitæ emendatio uon est in senium procrastinanda, IX, 512, 2 : *Non impediaris orare semper et ne verearis usque ad mortem justificari : quoniam merces Dei manet in æternum,* Job, 782, 2. Vita nostra debel esso continua mediatio mortis, I, 278, i : *Senuit autem Isaac, el caligaverunt oculi ejus, el videre non poterat..... Vides, inquit* (ad Isaac) , *quod senuerim, ct ignorem diem mortis mex.* Vita sapientis est meditatio mortis, VII, 376, 1 : *Si annis multis vixerit homo, ct in his omnibus Ixtalus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, et dierum mullorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur preterita.* Vitæ prudentis axiomata, VII, 6, i. Vita proba, ex probitate manans, est bona, uti quidem videlur, non ex ipsa, sed ex Deo, VI, 95, 2 : *Omnis via viri recta sibi videtur : appendit autem corda Dominus.*

2« *Vita chrisliani et fidelis qualis esse debeat,* XVI, 48, 1 : *Ul sine Umore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi, in sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris.* Ea tota sit laus continua Christi ct oratio, 238, 1 : *Dicebat autem* (Jésus) *cl parabolam ad illos, quoniam oporlel semper orare el non deficere.* Vita Christianorum debet esso coelestis, XIII, 299, 2. Vita coelestis cl sancta agenda ost, XVUI, 654, 2 ; XIX, 54, 2: *Nostra autem conversatio in calis est, unde etiam Salvatorem cxpectamus Dominum nostrum Jesum Christum.* Vitæ sanclæ ol austere assuescendum a pueris, quod probaiur exemplis vanis, XII, 393, 1, 2 *(Vide* Infantia, Puer, etc.). Vita respondeat vorbis, VI, 302, 2. Vita Iota Christiani sil beneficentia, XX, 374, 1 : *Ht gui poliuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas* tn *benefactis.* Vita Christiani ost continua persecutio ot crux, XV, 89, 2. Vita fidelis tota martyrium osso debet, XHI, 443, 1, 2 (Vide Christianus, Fidelis).

3’ Fife *spiritualis ct supernaturalis qux sil el qux ad eam requirantur,* XVII, 99, 2 : *Ñolas mihi fecisti vias vitx; et replebis me jucunditate cum facie tua,* Job, 253, 2; 254, 1 : *Vitam el misericordiam tribuisti mihi, el visitatio tua custodivit spiritum meum.* Vita spiritualis ex analogia vitæ naturalis cognoscitur, 253, 2.Vitæ spiritualis el naturalis similitudo in quo consistat, 254, I, ï Ad corn tria requiruntur: spiritualis sol. puta verbum Dei; spiritualis panis, puta Eucharistia; el spiritualis halitus, puta oratio, XVII, 105, 2 et seq. Vita spiritualis constat voluntate, prudentia, justitia, continentia, XII, 753,1. Vita spiritualis et supernaturalis credentibus promittitur, XVIII. 47, 2 et seq. Vita spiritualis decem virtutibus inchoatur, conservatur, promovetur, perficitur, X, 317, 2; 318. <. Vita spiritualis a lacrymis et picniientia inchoanda. XV, 107, 2. Vitæ spiritualis causa formalis est justitia, XVIII, 132. 2 : Si *autem Chrislus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit propter justificationem.* Deus est vita animæ, XIX, 237,

Vila sapientis mystica est Chrislus, VII, 229, 2 ; *Quid habet amplius sapiens a stulto : et quid pauper, nisi ut pergal illuc, ubi est vita ?* Quam vitam ovibus suis, id est fidelibus, ipse det, XVI, 472, 1 : *Ego veni ut vitam hebeant, et abundantius habeant.* Chrislusesl nobis triplex vita, XIX, 11, i : *Mihi enim vivere Christus est. et mori lucrum;* 103, 1 : *Cum Chrislus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.* Chrislusesl vita viventium, XVI, 490, 1. *Dicit ei Jesus: Ego sum resurrectio et vita; qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet.* Vita originalis quæ in Deo Patre est, per Filium el Eucharistiam nobis communicatur, 409, 1 : *Sicut misit me vivens Paler, et ego vivo propter Patrem, et qui manducat me, el ipse vivet propter me.* Vitæ spiritualis perfectio in quo consistat, XVII, 81, 2. Vitæ spiritualis perfectioris qualis status, VII, 461, 2.

4* I’íía *activa et contemplativa.* Vita adiva et contemplativa sunt duæ parles adæqualæ virtutis, V, 20, 1. El ab eodem Deo procreata?, sunt sorores, 186, 2 : *Dic sapienhx : Soror mea es, et prudentiam voca amicam luam.* Vila activa et contemplativa simul est mulier fortis uxor Christi, VI, 491, 1. Lana et lino indicantur, 497, 2 : *lanam et linum, el operata est consilio manuum suarum.* Vita activa el contemplativa per duas uxores Jacob significatur. I, 294, 1. Vitæ aclivæ contemplativa prestai, VI, 116, 2 et seq. Vita contemplativa in quo aclivæ præstet, I. 294, 2. Vita adiva est tropologice mulier litigiosa. V, 105, 1 : *Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi.* Vita adiva est contemplative præmillenda, V, 116, 2 et seq. ; XVI, 137, 1, 2 : *El rogabat illum vir, a quo dxmonia exierant, ul cum eo esset. Dimisit autem eum Jesus, dicens : fiedi in domum tuam, el narra quanta libi fecit Deus. El abiit per universam civitatem, prxdicans quanta illi fecisset Jesus.* Vita activa ad contemplativam ducit, V, 109, 2. Vitæ aclivæ typus est Petrus, con-

tMDplâtivæ S Joannes, XVI, 651. I, Í. Vita ex actione el contemplatione mixta tertius ost status animæ Deum amantis, VII. 4G1, 2. Vita mixta perfectissima est, eam egit Christus cl aposto!, XVI, 4M, L

t? I it» *divers* varii statut.* Primo. Vitæ statum singularem quærcns, modum vivendi secun» dum desiderium suum undique investigat, V, 558, t Do vitæ statu deliberanti secessus necessarius csl, MU, 311. 2 (Fide St at us).

Secundo. Vita privata honoribus præslat, VI, 159. 2 : *Ne gloriosus appareas coram rtge. el in loco magnorum ne steteris.* Quomodo vita viri bonam uxorem sortiti sil duplex, X, 2, 1 : J/tdte*ris bon* beatus vir : numerus enim annorum illius duplex.*

Tertio. Vita per societatem cum iracundo illaqueatur, VI, 1(19, L Vita litigiosa vita Canina est, 18, 2. Vita cum impiis peccato non caret, XIX, S83, 1 (lute Consortium, Impíos, IdacONdus, Societas).

Quarto. Vitæ cœnobilicæ el socialis commoda, I VI. 318, I : *Ferrum ferro exacuitur, el homo exacuit faciem amici sui.* Vita communis in coatti sectanda est, X, US, 2. Vitæ communis varia commoda. XVII. 107, t ct se<p|. : *Omnes diam qui cnddmnt, erant pariter, el habebant omnia communia.* Vita in comimini primorum Christianorum, 137, 2: *Multitudinis autem cndentiuin erat cor unum el anima una, nec quisquam eorum (]ujb pmsidebdl. aliquid suum esse dicebat, Sed erant ilhs omnia communia (Vide* Punti Cuntstkni). Vita religiosa parit religiosos, XIV, 448, 2 (Fide III-LIGlOMJS STATUs).

Quinto. Vitæ solitaria; bona el elogia, XIII, 313, I. let seq. : *Propter hoc. ecce ego lactabo eam. ct ducam eam* m *solitudinem : et loquar ad cor ejus.*

Scxio. Vita sacerdotis polita et sculpta esso dobcl, XI, 648, I ; *Et ponam jaspidem propugnacula tua el omnes terminos tuus ih lapides desiderabiles* Vita» probitas ante omnia tn pastore requiritur, XII. 746. 2. Vita docentis majus pondus habet gravitate dictionis, MX 232, 1 : *Exemplum esto fidelium* in *verbo, in conversatione,* in *chántate, in fide, in castitate.* Vit.i sacerdotis debet esse angelica, XIV. 388, I, 2. Ejus idea el speculum, 675, I (I itte Coxcionatoii, Episcopi^ Pastor, Sàcbhüus, Supmuor). \iiam ccnleslein agere debent Propheta) et viri apostolici. XXI, 93, i : *Posi lute* indi, *el ecce ostium apertum* tn *cirio; et vox prima, quam audivi, lanquam lub.c loqurnlis mecum, dicens : Ascende huc. cl ostendam libi qux oportet fieri posi I*c.* Vitæ apostolico) tria sunl munera, XVI, 176 I. Vibe apostolica) descriptio, XVIII, 283, i, 2 (Fide Apostolici TIHI).

6* *Vita Christi et sanctorum.* Primo, Fila *Christi.* Vita CliribU quadiuplex, V, 500, 1. Vitam humanam ol divinam in so complexus est Christus XIV, 247,2. Vita Christi descriptio prophetica, *Psalm* 11, 338, t, 2. Vita Christi succincta per annos digesta, XV. 16, 1. Vitæ Christi tempus dictus est dies. XVI, 458, 2. Vita Christi «pialis *Psalm.* I, 25. t. Vita tota Christi mensa designatur, VI, 17G, I Vita (’liristi merum fuit prodigium XVI, 76, 2. Tota vita Christi fuit beneficentia, XV, 694. 2. Vita Christi est morum speculum, XVIII, 437, t. Illa est velut sanctitatis exemplar, XX, 566, 2. Vita Christi esi volui liber vitæ, XXI, 359, 2. Ea omnibus est sequenda, XVI, 436, 2; XX, 261, I ; 536, 2 et seq. (Fide Jesus ClHUSTUs).

Secundo, I'ila *apostolorum,* vide Apostoli.

Tertio. Fifa *sanctorum.* Vita sanctorum qualis, III, 639. 1. Vila sanctorum quam alta cl separata sil. XIV, 466. i. Vita sanctorum cum Evangelio quadrat, XVII, 99. I. Est quasi lox viva, XX, 208. I. Vila sanctorum est velut lucerna, in dio judicii hæc peccatoris nequitiam arguet, XIV, 283. 2. Vila sanctorum est progredi, non regredi, XII. 580. 2. Vita sanctorum mundo est insania, cur, Vili, 380, 2. Vilas sanctorum legero est efficax ad omnem virtutem, X, 290, 2; 291, i ; XX. 83. 2. 6G9, 2. Vitas sanctorum sibi propinat ad perfectionem aspirans, XIV, 128, I (Fide Jusn, Sancti).

7’ FiLr *bonx commoda.* Vita el conversatio justorum Deum, angelos el homines lætifical, V, 383. 1 : *Lux justorum Letificai : lucerna autem impiorum exslinguelur.* bonæ vita; premium, XIX, 333, 1 : *Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ul abiit gantes impietatem cl specularla desideria, sobrie, el juste, cl pie vivamus tn hoc sxculo. expectantes beatam spem, d adventum glori* ma^ pni bti ct Salvatoris nostri Jesu Christi.* Bona conscientia est vita bona, 180, i : *Emis autem prxceph est chantas de corde puro, ei conscientia bona, d fidt n n /leta.* Vitæ integritate Dous laudatur. XXI, 313, I Vita misera vel beta a cordo mœtentl \el tranquillo pendet. X, 281, i : d *tristitia fium festival mors, cl cooperit virtutem, ei tristitia coi dis /le.ctil cervicem.* Vita bona ol mala causa csl lætitiæ vel tristitia*, *ibid.* Vita bona est tristitia* remedium. 102, 2 elsoq. Vita piorum jucunda in Deo, XI, 149. 2. Quomodo \ ita justorum in Deo abscondita sil in Deo, XIX, 102, 2 : *Mortui tnim eslis, d vilu vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Vitæ sanctitate prophetæ donum prophetia» accipere meruero, XIV, 318, I Vita bona magis prodest ad peccatores convertendo» quam verba, XIII. 227, 2. Vitæ punias quieteii pant, *Job.* 87. 2. \ ilam bonam bona se<¡mlur mors ot vicissim, XXI. 281, 2 : *El audivi vocem <Xi coelo dicentem mihi ; Scribe : Beati mortui qui iu Domino moriuntur.*

8* Filai *malx damna.* Vita in peccata pojor ea

«orto damnatorum, XIX, 583, i : .tfocMeum *plora super* mor/uum, *quoniam requievit. Nequissimi enim nequissima cita super mortem fatui.* Vila in deliciis osi mors, XIX, 137, I : *Nam* qua (vidua) tn *delicus csl, vivens mortua est.* Vita ebnl potius tnors osi quam Vilo, X, 136, 2 *.Qu< csl vilo et qiií minuitur vino? Quid defraudat vitam? Mors.* (Vido Ennius). Vilo carnalis per ollam denotatur, XII, 675, 2. Vita mala desinit m hæresim quatuor ob causas, XIX, 191, it ot aoq. Hanc castigat heus per subtractionem sui lumims veritatis cl fidei, 191, 1. Vita mala ost causa hæreseos, 301. 1 : *Quemadmodum Jannes et Hambres restiterunt Mosi, ila et hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Vila impia destruit reliqua piolatis extern® opera. X. 109,1; 210,1,1: *Unus xdificans, ct unus destruens, quid prodest illis nili labor T*

10* /in *ct quando vite corporis discrimini esponendo sit.* Vita corporis exponenda discrimini, ol perdendo, ut vita animæ habeatur. XV, 177, 1 : *Qui invenit animam suam, perdet illam; el qui perdiderit animam suam propter* me. invernai *eam.* Qui ita perdet eam, illam inveniet m cœlo, ibid., 1 et seqq. Vita temporalis perdenda ut æterna inveniatur, XVI, 509. i : *Qui amat animam suam, perdet eam; et qui odit animam suam in hoc inundo, in vitam ¿ternam custodit eam.* Vita ponenda pro saluto proximi, XX, 577. t : *In hoc cognovimus charitalem Dei, quoniam ille animosa suam pro nobis posuit, cl nos debemus pro fratribus animas ponere.* Quandoque etiam pro vita corporali, *ibid* Vitam pro amico ponere maxima) dilectionis est signum, XVI. 565,1; 566, I : *Majorem hoc dilectionem nemo habet, ul animam suam ponat quis pro amicis suis.* Eam bonus pastor dat pro ovibus suis, 473, 2 : *Bonus pastor animam suum dat pro ovibus suis.*

IV. Vit a I t iuna. — !• *Quomodo voodur* tn *Scriptura.* Cur dicatur vita æterna, XVIII, It 5. 1: *Stipendia enim peccali mors. Gratia nule m hei.* Vila *.vlerna* in *Christo Jcsu Domino nostro,* XX, 49. I, 1. Quomodo dicatur gratia vita æterna, XVUI, 80. I, 115, 1. Cur dicatur vita cœlostia corona vitæ, XX. 49, I, 2 ; *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, iccipiel coronam vite;* XXI, 50. I : *Esto fidetis etique ad mortem, et dabo libi coronam vite.* Vita ælorna an dici possil ipsa lides, XVII, 183, t : *Et creduti runt quotquot preordinali fuerant ad vitam Jolcrnam.*

1* lila *eterna quibus conditionibus apprehendatur.* \ ita æterna est inercos bonorum operum, *Job,* 656, 2. Vita æterna promissa osi ct daltir certantibus, XIX, 161, I *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam ¿ternam in qua vocatus es. tt confessus bonam confessionem coram mullis testibus.* Quibus eam promiserit Deus, 310, 1,1: *Pauius servus hei, apostatai autem Jesu (Jhrisli* t *secundum fidem electorum hei, et agnitionem ve rildtis, qu.6 secundum pietatem est, in spem vite xlern*, quam promitti qui non mentitur, Brus ante témpora srcutaria.* Datur Det amicis, Will, 131, R Vita (Cierna corona juntitiæ ct merces bonorum operum, *Psalm.* II 180. I. Vili pretio vita a terna comparatur. I, 661, 1. Vitam præsentem cl ælornam affert timor Dei, VI, 35, 1 : *Timar Domini ad vitam; et* in *ptenitudiiu commorabitur absque visitatione pesnma.* Mandatum Dei Pains vita æterna,et quo sensd, XVI, 519, I, 1: *Et scio quia mandatum ejus vita ¿terna rd.* El cognosetto Deum, 591, 2: *lite est aulun vita ¿terna, ut cognoscant U, soìum Deum verum, cl quem mislsU Ictum Chrhlnm.* Christus a vita temporali ad ælernem nos traducit, XIV, 117.2. Vitæ infernalis el beala- arbiter 64, *ibid* Vitæ cœtr>lis spes sanctos ad ardua subeunda animavit, VI. 195. 2 : *Ilibtbis spem* m *novissimum, elprxsloliil.o tua nunquam auferdur.* Ipsa est omnium dolorum levamen, cl stimulus ad aspera agenda, XVII. Ht i *i.*

3' *Vite ¿tenus pulchra descriptio.* I. C62, t ; XX, 684, 1. Vit® cœlnsus exuluüo, IX, loi i; *Qui limetis Dominum, sperate in illum; et in oblectationem venid vobis tniiencordur.* Vil v futur® bona qua» sint. XI 739. 2. 710. I : .1 *siculo non audierunt, neque auribus pererpen nt : oculus non vidit, D*úl, absque le. gu¿ prsp* resti cxspccianlibus te.* \ itæ hujus et cœtv4fe discrimen, 479. 1. 2. VlUi» hujux et iuluræ pulcher apologus, XXI. 86. 1. Vita carnabs non erit m cœlo, XVIII, 412, 2 : *Hoc autem dico, ¡ralres : quia caro tl sanguis regnum Dsi possidere non* j os*sunl.* Vita æterna cibum et potum babel, IX. 421. 1. Vita ælorna viriis rebu* corpus eis in Evangelio rvpræscntalur, XV, 16, I. Vitu ætcrnæ latitudo per vestibulum atrii mystico denotatur, XII. 791, 2. \ ita cœleslls est laudare Deum assiduo, XI. b0 », i . *Gaudium fi idillio ii Hietur* Ul *ea. gratiarum acho et vot laudis.* Vita gloriosa justorum velut lux est. cl lux dicitur, V, 331, 2; XIX, 177 I *:Q ii* (Christus) *tb trusit quidem* <ur*lei.i, illuminavit autem vitam ct uirorruphon«m per Evangelium.* Sita in cœlo parvi facit annos gaudii sui. XX. 480, L In ea post resurrectionem amplius non moriemur. XV1I1. 110. 2 : *Scientis quod Christus rcSurge.ns ex mortuis. Jam mm morUur. mors dii ultra non dominabitur (Vide* Hi at i. CikI uvi seu CobLKSTIS g l o kia).

\ ITALIS. Vitalium partium hominis functiones, XVIII, 263, I.

VITALIS (S.). S. Vitalis martyrio corotiilus, quod Ursicinum in morte nulantcm conforLissel, XV. 179, 3 in Christo confitendo luit Constan?, et propior tormenta Christum negare noluit, L 999, I ; XXL 50, 1.

VITALIUS (S.). S. Vitalius laboro manuum *luride* itionem meietncuui redimebat, V. 343, 1.

S. Vitalium alapa quidam percutiens, et sinistro judicans, a dæmono correptus est, ncc liberari ab eo patuit, nisi in cella Vilalii, XV, 205, 2.

VITELLIUS. Vitellio Cæsari regni auspicium ab aquila allatum, XII, 625. L Ejus crudelitas et immanitas sanguinaria, XII, 685, 2; XIII, 541, 4. Astrologos morte mulctabat, XVII, 356, 2. Ejus mors, XIII, 54i, 1. Vitellius imperator unco tractus in Tiberim a populo, XIII, 620, 2.

VITIOSUS. Vitiosi sunt suspiciosi, VI, 188, 2. Eorum inter so æmulalio, 447, 2 {*Vide* Impii).

VITIS. 4® Vites el palmites seruntur et plantantur, XII, 30, 2. Vites pastinantur et repastinantur, XV, 708, I. Vitis magno laboro et cultura assidua indiget, VI, 348,1 ; XVI, 557, 2. Exigit solum tenuo el gracile. VI, 501, 1. Vites in veris initio pulandæ sunt, VII, 580, I. Vilis el ficus cur jungantur simul, VII, 584, 4. Viles et uva adsciscunt sibi saorem fruticum juxta radices suas crescentium, 531, 2. Vilis florens suaviter redolet, IX, 648, I. Ejus elogium, *ibid.* Ejus feracitas, XII, 601, 4. Quibus rebus I.edatur et emoriatur, XII, 601, 1,2. Vitis insana quae dicatur. XI. 153, 2. Vilis centurionalis quæ dicatur, XIII, 410, 2.

!• Vitis el Christi analogiæ variæ, idquo ostenditur per omnes illius proprietates, XVI. 556, 1 el seq. Cur Christus dicatur vitis vera, 557, 2 ; 561, 2. Vitis omnium fidelium est Christus, ejusque passio, Evangelium, sacramenta graliæ, consolationes, XIV, 394, 2.

Vites suavitatem cœlestis patriæ innuunt, VII, 586, 1 Vitis zelosos indicat, ficus vero mansuetos. 585, 2. Vitis esl regis avari typus, *Job,* 467, 2.

VITIUM. 4® *Quid sil vitium, ejus natura cl fct~ d\tas.* Vitium est declinatio a medio, V, 128, 2: Iíos *qux a dextris sunt novit Dominus; perversi vero sunt qux a sinistris sunt.* Vilium est mendacium practicuin, 259, 1. Vocatur mendax et mendacium. X, 26. 2; XIX, 64. 1. Esl obliquum et tortuosum. XIX, 37, 1. *Silis sine querela cl simplices filii Dei, sim reprehensione, in medio nationis pravi et perversi.* Virtutis et vitii antiheses, X, 27, 2 et seq. Vitia palliant se virluto V, 540, 1 ; XI, 162, 2; *Vx qui dicitis malum bonum, el bonum malum ?*

Vitii toditas, IX, 6, 2. Vitium est contra naturam, XVIII, 62, 1, 2. Vitia monslrosa sunl, XI, 453, 2. Sunt monstra, *Job,* 708, i. Vitium quodlibet est animæ ebrietas ct insania, quam causât vinum malitia* expressum ex uva cupiditatis, ei a dæmono propinatum, XIII, 484, 2. Vitium est obscurum, triste el temulentos facit, *Job,* 216, 1. Vitiis se lotos et sua dedentes, filios suos Moloch immolant. XI, 71, 2. Vilium pix est ob quinque analogias, IX, 383, 2 : Oui *tetigerit picem, inquinabitur ab ea : et qui communicaverit superbo, induet superbiam.* Vilia superiorum et principum ad subditos manant, XIII, 634, i, 2. Vilium per se leye, inconstans, pavidum est, 587, 2 : *Sicut pali in excelsis, et cimenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebunt : sic el cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet.* Vilia etiam inter sese pugnant, VI, 447, 2. Quæ vilia ex hæresi nascantur, XVHI, 55, 1 : *Sicut non probaverunt Deum habere m notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ul faciant ea qux non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia; plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fadere, sine misericordia.* Vitia quatuor maxime Ecclesiam o fideles impetentia, accipi possunt per quatuor con nua Zachariæ visa, XIV, 370, 2, Vilia per dextran denotantur, V, 127, i, 2.

3® *Vilium quam facile addiscalur et difficulter eruatur.* Vilium facilius addiscitur quam virtus, V, 394, 1 : *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit : amicus stultorum similis efficietur.* In vilia iter pronum et præccps, XI, 413, 1, 2. Vitium virtute potentius, XIV, 345, 1, 2. Viliorum imperium quam sit illustre, V, 515, 2. Vitio uno abeunte, alterum nos oppugnat, ut residuum quod prius reliquit, posterius depascatur, XIII, 484, 2: *Residuum eruca comedit locusta, et residuum locust* comedit bruchus, el residuum bruchi comedit rubigo.* Vilia juventutis senectute solidantur, *Job,* 423, 2 : *Ossa ejus implebuntur vitiis adolescenti* sux, el cum eo in pulvere dormient.* Vilia senectutis incurabilia, 569, 1.

4® *Vitiorum damna.* Primo. *Vilia et habitus mali sunt hostes hominis,* Psalm. I, 39, 4. Vilia hominem enervant, III, 612, i, 2. Vitiis indulgere, servile est, XX, 87, 2. Vitia sunt dæmonis retia, *Job,* 387, 2 : *Arctabuntur gressus virtutis ejus, et praecipitabit cum consilium suum. Immisit enim in rete pedes suos, el in maculis ejus ambulat.* Vitia in sectatoribus suis famem causantur, Vt 274, 1. Quæ vilia fugienda laudem sectanti, V/ 114. I.

Secundo. *Vilium unum aliud attrahit,* V, 378,1^ Vilia invicem concatenata sunt, XIII, 358, 2. Sun) invicem .subordinala, XIX, <92, 4,

Terlio. *Vilium gignit impudentiam,* V, 392, 2. Vitium est velut mulier procax el loquax, VI, 146, 2 (Vide Peccatum).

5* Vi/ia *quatenus el quomodo oppugnanda cl expugnanda sint.* Primo. Vilia cognoscenda ut emendantur, *Job,* 310, 2: *Quantas habeo iniquitates et peccata : scelera mea el delicta ostende mihi.* Vitia omnia quomodo justus expugnet, XIV. 364, 2. Vilia assidua constantia exsuperantur, X, 292. 1,2. Cum vitiis esl assiduo luctandum, 561. 1 . *Consiliatus sum enim ul facerem illam : zelatus sum bonum, el non confundar. Colluctata est anima*

mea in Ufa, cl in *faciendo cam confirmatus sum»* Expelluntor abetínea naturali, IX, 8, 2.

Secundo. Illis obsistendum dum oriri incipiunt, (IX, 510, 2 : *Ante languorem adhibe medicinam, cl ante judicium interroga teipsum, cl* in con-*speclu Dei invenies propitiationem.* Multi vitii remedium ab aemulo conscio inveniunt, X, 47, 1. Vilia omnia in puero continua eruditione et castigatione tolluntur, Vi, 27, i.

Tertio. Vitium quisque suum norit et persequatur, XX, 59, 1. Non simul omnia extirpanda sunt, sed quod infensissimum est, IX, 342, 1 : *Fili, ne in mullis sint actus lui : el, si dives fueris, non eris immunis a delicto.* Habet homo aliquod vitium capitale, atque hoc ei eradicandum, XIX, 50, 4, Vilium radicale et principale assidue nobis impugnandum, XV, <78. 2.

Quarto. Vitia communia sunt leniter tollenda, X, 524, 2. Vitia sensim et constanter eradicanda, XIX, 106, 2. Vitia septem capitalia fidelis per septem virtutes contrarias, septem dona Spiritus sancti, septem petitiones orationis Dominion, septemquo primas bealitudmes expugnare debet, XIV, 19, 2. Vitia sunt Deo immolanda, et per quæ animalia singula denotantur, XVIII, 201, 1. Vitia qui sanat, noctem in diem convertit, XIII, 682, 2.

Sexto. Vilia in nobis supprimi possunt, non tamen moriuntur, III, 116,1 : Do vitiis superatis superbientessub hoste prostrato succumbunt. IV. 444, 1.

6® *Erga vitia proximi quomodo agendum.* Vitia proximi sunt dissimulanda, quod qui facit sapiens est, V, 321, 1 : *Qui despicit amicum suum, indigens corde est, vir autem prudens tacebit.* Vitiis sæpe iisdem implicamur quæ in aliis inclementius damnemus, 356,2. Vilium quod in proximo reprehenditur, prius in se quis corrigat ul reprehendat, 577, 2 : *Justus prior esl accusator sui : venit amicus ejus cl investigabit eum.* Vilia qui in se vincit, facile ea in aliis vincit, XXI, 60, 2 : *Qui vicerit el custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes, et reget eas in virga ferrea.* Vitia proximi el nostra æqualiler sunt ponderanda, VI, 57, 2 el seq. : *Pondus ct pondus, mensura et mensura, utrumque abominabile esl apud Deum.* Quomodo ea in aliis arguenda sint, XIX. 306, 2 : *Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.* Vitiis aliquibus obnoxii ea in aliis rigide carpere non debent, V, 577, 2. Vitia publica non principibus a concionatore imputanda, sed populo. XIV, 320, 1. Vilia principum foventes, populo displicent, ea reprehendemos vero placent huic, V, 443, 2.

VIT1ZA. Vitiza rex Hispani® mala consiliariorum consilia sequens deceptus est, XII, 284, 2.

VITREA. Vitrea dicitur aqua, XXI, 102, 2.

VITRUM. Vitri quæ sil materia et origo, XXI, 103, 1. Vitrum cur auro præferalur, *Job,* 553, 1. Vitra fracta glulientes præ petulantia quantopere sibi noceant, XII, 671, 2.

2* Vitro virginitas assimilalur. XXI, 381,1.

VITTA. I0 Vitta aurea qu® sil, VII, 398, 1.

2® Quid symbolice et anagogice significet, VII, 398, 2 et seq. Vitta coccinea lingua» custodia el diligentia indicatur, XI, 415, 2.

VITULA. 1» Vitula, capra, aries ab Abrahamo in fœdere immolata quid litteraliter, mystico el moraliter significent, I. 203, 1, 2. De vilui® mactatione pro homicidio occulto, II, 474, 1 et seq. Quid allegorico hæc vitula significant, *ibid.,* 2. Vitula conternansquæ, XI, 298, 2.

2° Vitula cur dicatur Ægyplus, XII, 293, 1.

VITULAMEN. Vitulamen unde dictum, VIII 359, 1.

VITULUS. 1® Vitulus de armento quis dicatur, XII. 293, 1 ; XIV, 612, i Vituli quam el quare petulci sint, XIV, 611, 2. Vitulus marinus coagulum habet quod epilepticis medetur. IX, 413, 1.

2® Vituli aurei lætitiam quomodo clauserint Ile bræi, XVHI, 341,2.

3® Vituli aurei quos efformavit Jeroboam, fuerunt Apis Ægypti, XIII, 393, 2. Eos cur in Israelcm invexerit, *ibid.* Cur in Dan et Bethel a Jeroboamo collocati, X, 500, 1. Erecti erant in Dan el Bersabe, quasi in duobus regni limitibus, ceu tutelares Israelis dii, XIII, 630, 2. Duo erecti erant, non unus,414,1 Cur vocentur hi modo vituli, modo vitulæ velvaccæ, *ibid. (Vide* Vacca). Unum ex vitulis aureis mugiisse in nativitale Elisei affirman* S. Epiphanius el Isidorus, HI. 659, 2.

4® Vitulus in curru cherubico Ezechielis mystice exponitur, V, 405, 2. Vituli facies in rolis quid litteraliler el symbolice significet. XII» 509, 2. Vitulus in animalibus Joannis significat Dei patientiam, justiliam, religionem et cultum. XXI, 108,1» Hem Christi sacerdotium. 108. 1. Vitulus el bos sacerdotii el beneficentiae esl symbolum, XII, 484, 1. Vitulus S. Lucæ symbolum est, XV, 12. 2. Vitulus saginatus mystice Christum denotat, XVI, 211, 2. Per vitulos labiorum quid inlelligalur, XIII. 468. 2.

VITUPERARE. Nihil temero vituperandum, IXt 338, 2 ; 339, 1.

VITUS. (S.). S. Vitus puer martyr tormenta carnificum parum est moratus, IX, 68, 1. Ejus in lor mentis animositas el constantia, XII!, 43, 2.

VIVERE. 1® Vivimus in Dei idea et providentia XVH 332. 2.

2® Diu vivere omnes contendimus, X, 347, 1 Omne vivens morti damnatum est, IX. 417, 2.

3® Bene vivendi modus triplex, VI, 262. 2 el seq. Vivere nos oportet quasi hodio morituros, XV. 520, 1. Vivero in fide esl pergere in fido inchoata XVIII, 58, 1, Quid sit vivere justiliæ vel peccato^ 106, 1; <11. 2. Quid vivere in lege, 176, 1, 2» Vivero debemus Christo, qui suam pro nobis vitam dedit, et ob quem vivimus, XIV, 266, 1, Vivendum nobis in Christo est, XVH, 103, i (Hde Justitia, Vita, etc.).

VIVIFICARE. Vivificare sæpe in Scripturis significat in *vita conservare,* li. 316, 5. Quomodo Deus mortuos vivificet, XXIII. 86, 1. Vivificatus spiritu quomodo Christus dicatur, XX. 334, 2.

VIVUS. Ftvuj est Dpi epilbotum, XXI, 163, ?. Vivus an aliquis ad infernum descendat. 3il, 2. Vivus quomodo Anlichristus in infernum mil tendus. XIX, 156, 2. Quosnam vivos Christus judicaturus sit. 133, 2. Vivi quomodo dicantur judicandi, XVII, 242, 2 *(Fide* Jesus Christus, Judex. Judicium).

VOCABULUM. Vocabula in Evangelio latino–'-æca. XV, 164, 2.

Vocabula turpia fugienda, *Job,* 31, 1 (Fide Locutio, Loqui, Sermo, Vox).

VOCALIS grammatice et substantivo sumptus. Vocales olim el puncta in textu hebræo non erant, XIV, 206, 1.

VOCALIS adjectivus. Vocalia debent esse omnia quæ sunt Pontificis, I, 692, I, 2.

VOCARE, VOCATUS, VOCATIO. 1* *Varix vocis* vocare *in Scriptura acceptiones.* Vocare pro *vere esse* in Scriptura res eliqua ponitur, XV, 68, 2; XVIII, 172, 2; XIX, 455. 2. Vocare proprium est vocis, hinc appropriatur Verbo, id est Filio Dei.V, 4S. 1. Vocaro Dei est efficax, XVHI, 86, 2. Quid sil vocari semen alicujus super aliquem, 159, 2.

Vocatus est nomen Israelis, V, 58 2. *Vocatus* dicitur servus, XI, 577, 1. *Vocatus* est nomen dignitatis, XVHI, 38, 2. Focali proprium nomen Christianorum, XX, 653, 2 et seq.

2° *Vocatio Dei qualis.* Primo. *Vocatio Dei csl mere gratuita et velut ex sorte,* XVII, 67, L Vocatio non pendet ab hominis dispositione, nec ex pra* viis prædestinalorum meritis, sed ex Deo vocante, XIII. 457, 2 ; XVHI, 145, I : *Nam quos pr.rscivit cl prxdeslinavil conformes fieri imaginis Filii sui, ul sit ipse primogenitus in mu lis fratribus.* Vocatio prima excludit opera existentia et futura, XVIII, 162, 1 : *Cum enim nondum nati fuissent* (ex Rebecca Jacob et Esau), *aut aliquid boni egissent, aut mali (ul secundum electionem propositum Dei manerei), non ex operibus, sed ex tocante dictum est ei : Quia major serviet minori, licui scriptum est : Jacob dilexi, Esau aulem odio habui.* Vocatio prima ad fidem est a solo Deo, non a nostris meritis, 145, 1 ; 249, i. Vocatio est opus gralia* Dei, 24, I ; 257. 2. *Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non mulli sapientes secundum carnem, non mulli potentes, non mulli nobiles : sed qux stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes ; et infirma mundi elegii Deus, ut confundat fortia; el ignobilia mundi, ct contemptibilia elegii Deus, cl ea qux non sunt, ut ca qux sunl destrueret : ut non glorielur omnis earo in conspectu ejus.* Vocatio est ex meritis Christi, 614, 2. Liberum arbitrium includit, 162, 1 : Vocali secundum propositum qtfi sint, 144, 1 : *Scimus aulem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocali sunt sancti.* Elii tam sub Veturi Testamento quam sub Novo, XIX 442, 1. Cur vocali ultimo, in gloria futuri æquales, etiam majores primo vocatis, XV. 441, 1 ; 444. 1, 2 el seqq. Pro necessitalo vocationis ad munus pastorale. *vide* Conciohator. Episcopus, Sacerdos.

Secundo. Focafio i *multiplex quoad fm^m tí modum, etc.* Vocatio alia efficax, alia inMlicax est XVIII, 195, 2. Alia adgratìam, alia ad gloriam, 24,1, XX, 420. 2. Rursus alia absoluta, alia conditional*. XX, 420, 2. Vocal suos Dous diversis modis, V 43. t : *Quia vocavi, et renuistis; extendi manum ineam, et non fuit qui aspiceret.* Diversimode vocat nos Deus, mundus, ct diabolus, *ibid.* Vocationum Dei typus et ordo, I, 474, 1, 2. Vocatio Dd ad bonum est velut stella apparens, XV, 76, 2. Vocationi congruam gratiam dat Deus, IX. 4*0, i* *Et adimplebit illum spiritu sapientiæ el intellectus, et stola gloriæ vestiet illum.* Circa vocationem Dei tria notanda. XVIII. 250 2. Vocatio Christi quam sit potens, XVI, 321, 2 : *In crastinum voluit* (Jesus) *exire in Galilæam, el invenit Philippum. Et dicit ei Jeu : Sequere me.* Vocationis Christi efficacia, XV. 243, I : *El cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Malthxum nomine, el ait illi : Sequere me, cl surgens secutus est eum.* Vocationis apostolorum ordo, XV, 131, 2 ct seq. Vocatio S. Pauli duplex fuit, XV 111, 15, 2 et seq. Valdo potens fuit, 2, 1.

Tertio. *Vocatio Gentium ad fidem qualis.* Vocatio Gentium profundissimum secretum est, XI, 3G0, 1,2: *Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum; in insulis maris nomen, ¡¡omini Dei Israel. /1 finibus terræ laudes audivimus, gloriam justi. Et dixi : Secretum meum mihi, secretum meum mihi.* Vocatio Gentium a Prophetis prædicta est, XIV, 437, I. Vocationis Gentium mysterium primus plene cognovit Paulus, XVHI, 4, 1. Quomodo id prophetis ignotum fuerit, 611,1: *Secundum revelationem notum mihi facium est sacramentum,.... quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, siculi nunc revelatum est sanctis apostolis ejus el prophetis in Spiritu. Gentes esse cohærcdes el concorporales, et campar' ticipes promissioni? ejus in Christo Jesu per Evangetium.* Vocatio Gentium a*quo ac Judæorum fuit sacramentum voluntatis divinæ, 590, 2 : *(Jux* (gralia) *superabundant in nobis* in *omni sapientia et prudentia, ul notum faceret nobis sacramentum voluntatis sux, secundum beneplacitum ejus quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, qux in cer* lis, cl qux in in terra sunt in ipso.* Vocatio Gentium ad fidem cœpit in tribus Magis, XV, 80, *(Vide* Prædestinatio).

3* *Vocationi Dei quomodo respondendum* Primo. Vocatio Dei est cum admiratione recolenda XVHI, 249, 1. Ejus beneficium cum humilitate recensendum.

Secundo. Vocatio Doi expectanda ot sequenda. fV, 439, 1 : /pii *aulem non crani de semine viro->um illorum, per quot salus facia est in Israel ;* XIV. 30, 2. Vocationi divinae diligenter respondendum, *Job.* 327. 1 ; Vocabü *me. el ego respondebo libi : operi manuum tuarum porriges dexteram.* Vocationi Dei homo respondera debet, XV1Í, 214, 4. *El tremens ac stupens dixit* 'Saulus) : Domine, *quid me vis facere ? El Dominus ad eum: Surge, ct ingredere civitatem, et ibi dicetur (ibi quid (e oporteat (acere.* Vocationi ad statum perfectum non est resistendum, XIX, 388, I. Vocatio Dei ad perfectionem non csl spernenda, V, 49, 1. Eam qui negligit, Dei sapientiam, bonitatem, majestatem spernit, 49, 2 : J'ocauí, *et renuistis; extendi manum meam, ct non fuit qui aspirerei. Despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis.* Eam respuero grave est scelus, XV, 265, 2 : *Et quicumque non receperit vos, neque receperit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris. Arnen dico vobis, tolerabilius erit terrx Sodomorum cl Gomorrhxorum in die judicii, quam illi civitati.* Vocationis Dei neglect® ultio, V, 49, 2. Vocantem Deum spernere periculosum est, XI, 395. 2 : 0uia *manda, remanda, manda, remanda, exspecta, reexspecta, exspecta, reejspecta, modicum ibi, modicum ibi. ¡n loquela enim labii, et lingua altera loquelur ad populum istum.*

Tertio. Vocali a Christo omnia illico relinquant. XV, 133, i : *El procedens inde* (Jesus), t *' alios duos fratres, Jacobum Zebedxi, et Joannrm fratrem ejus, in navi cum Zebedxo patre eorum reficientis retia sua, et vocavit eos. Illi autem statini relidis retibus cl patre, secuti sunl eum.* Vocati a Christo ad sui sequelam no sini do facultatum divisione solliciti, XVI, 142, 2: *El ait aller* (ad Jesum) : *Sequar te, Domino, sed permitte mihi primum renuntiare his qux domi sunt. Ait ad illum Jesus : Nemo mittens manum suam ad aratrum, ct respiccns retro, aptus est regno Dei.* Vocali ad religionem no so impliconl suorum testamentis, XV, 233, 1 : *Alius aulem de discipulis ejus ait illi : Domine, permitte me primum ire, ct sepelire patrem meum. Jesus aulem ait illi : Sequere me, et dimille mortuos sepelire mortuos suas.* Vocali a Deo ad religionem parentes suos ot saeculares non consulant, ot Deo slatini obediant, X, 253, 2.

Quarto. Invocatione sua cuique constanter perseverandum, VI, 837. 2: *Sicut avis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum;* IX, 490, 1 : *Cognosce justitias et judicia Dei, el sta in sorte propositionis el orationis altissimi Dei.* Vocatione sua quisque sit contentus, II, 276, 2 ; IX, 690. 1.

Quinto. Vocationis divinae effectus est et alios vocari curaro, XVI, 320, 1,2: *Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant a Joanne, e' secuti fuerant eum. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, et dicit ei : Invenimus Messiam (quod est interpretatum Christus}. Et adduxit eum ad Jesum (Vidé* Dei Providentia supernatural!»).

VOLSÆÜS, *vide* Wolsxvs.

^VOLSO M. Volso missus a Romanis Galatas vicit, IV. 450, L

VOLUBILITAS <• Volubilitas verborum in concionatore reprehenditur, XX. 72. 2.

2° Volubiliias regnorum, et rerum omnium humanarum, XII. 509, 2.

VOLUCRIS. Volucres symbolum sunl hominum timidorum et ambitiosorum, nec non superborum, IX, 442. 1 ; XIII, 321, 4 *(Vide* Avis).

VOLUMEN. Volumen proprie quid sit, XII 517, 1; XIX, 412. 2; 413. 1 Cur videat Zacharias volumen volans, et in eo quæ scripta sunt, XIV. 413, 1. Cor vocetur compendium, *ibid,* ei 2. Cur volet, vari® dantur causæ. *ibid.* Cur longum viginti cubitis, latum decem. 414, t, 2.

VOLUNTARIE. Voluntarie a Deo geniti quomodo simus. XX, 69, 2.

VOLVN PAS. I. Voluntas Dei. — 4® *Voluntas Dei quoin dtr.* Voluntas Dei duplex est, beneplaciti et signi, XV. 187. 2. Rane signi in orarono Dominica fiori postulamus, *ibid.* Voluntas signi d iplex est, præcipiens et consulens, <88. I. Voluntas Dei alia antecedens, alia consequens, XIX, 196. 2 ; *Omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.* Iterum voluntas Dei duplex, beneplacens cl irascens. *Job,* 665. t. Voluntas Dei est triplex, bona, beneplacens el perfecta ; et quænam singulæ. XVHI, 203. t : *Et notile conformari huic sxculo, sed reformamini in novitate sensus vestri , ut probetis qux sit voluntas Dei bona, el beneplacens, el perfecta.* Quomodo ab Apostolo describatur, *ibid.* Ipsa æterna est. XIV. 596, 2 : *Ego enim Dominus et non mutor.*

2* *Voluntas Dei est efficax et potens,* IX, 467, 1.2: *Ecce rœlum, et cadi calorum abyssus, el universa terra, et qux* tn *eis sunt, in conspectu illius commovebuntur. Montes simul, et colles, el fundamenta lerrx : cum conspexerit illa Deus, tremore concutientur.* Voluntas Dei omnia nostra consilia dissipat instar lumi, VI, 31, 2 : *lullx cogitationes in corde viri : voluntas autem Domini permanebit.* Hanc nemo evertere vel impedire potest, 32, 1. Ei nemo obstrepere debet. XVHI. 170, 1 : *Dicisitaque mihi : Quid adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistit? O homo, tu quis es, qui respondeas Deo ?* Voluntates omnium Deus in sua manu habet, 52, 2. Voluntates omnes malæ serviunt Deo. XII, 193, 1 : *Ecce ego mittam et assumam universas cognationes Aquilonis, ait Dominus, cl Nabuchodonosor regem Ilabytonis servum meum: et adducam eos super terram istam, cl super habitatores ejus.* Ex pura Doi voluntate

Judæi a fide sunt rejecti, Gentiles electi ad earn, XVIII. 155, 1,2.

3® *Voluntas Dei ul norma juslitix, mensura et regula omnis sanctitatis,* Vili, 493, 1 : *Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus ?* XIV, 214, 1. Illa significat quid Deus nos velit facere, XIX, 127, 2 : *Scitis enim qux prxcepta dederim vobis per Dominum Jesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Voluntas Dei in ejus verbo cernitur, XX, 85, 1. Voluntatis Dei interpretes sunt concionalores, XVIII, 570,1, 2.

II. Voluntas Cubisti *(Vide* Jksus Christus, cap. **III.**

III. Voluntas humana. — I0 *Voluntas quid in Scriptura signified.* Voluntas corde denotatur, XVIII, 178, 1 . *Corde enim creditur adjustitiam, ore aulem confessio fit ad salutem.* Accipitur interdum pro appetitu, 601, 1 : *In quibus* (peccatis) *et nos omnes aliquando conversali sumus, in desideriis carnis noslrx, facientes voluntatem carnis el cogitationum.* Voluntas carnis quæ dicatur, XVI, 306, 1 : *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate camis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunl.* In voluntate etiam residet concupiscentia, XX, 55, 2 el seq. Voluntas ultima testatoris vocatur testamentum, XVIII, 366, 1.

2° *Quid sil voluntas cl quænam in homine operetur.* Voluntatis quam magnum sit dominium , I, 117, 1 : *Nonne si bene egeris, recipies ; sin autem male, slatim in foribus peccatum aderit? Sed sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius.* Est tanquam rex in homine, V, 123, 2. Ipsa quasi regina, omnibus sensibus, potentiis, et membris imperat. IX, 681, 2. Voluntas est causa vitæ moralis, id est virtutis, V, 123, 2: Omni *custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit* (Vide Cor). Voluntas fons est affectuum rationalium, XII, 102, 2. Voluntas est principium vitæ piæ vel impiæ, 763, 1. Est officina virtutis et vitii, *ibid.* Qualis est voluntas, talis est homo, *ibid.* Voluntas hominis nihil nisi bonum desiderare potest, VI, 106, 1. Voluntas moveri nequit nisi ratio aliqua boni eam moveat; ejus pondus est objectum animatum, XII, 267, 1. Voluntas nostra natura sua omnium rerum speciem quasi induit, quibus se per amorem applicat, XIII, 405, I : *Et facti sunl abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.* Voluntas bona vel mala operum aliquarum ad quæ magis inclinat, bonitate vel malitia se prodit, XV, 212, 2 et seqq.: Sic *omnis arbor bona fructus bonos facit, mala aulem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere.*

3® *Quanti facial Deus hominis voluntatem.* Deus sæpe voluntate loco operis est contentus, quod Abraham exemplo probatur, 1, 248, 1 : *Dixitque ei Deus: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc cognovi quod limes Deum, et non pepercisti unigenito Filio luo premier me.* Voluntas vacandi virtutibus a solo Deo æquo grata est atque opus ipsum, V, 334, 1, 2: *Desiderium justorum omne bonum est : prxstolatio impiorum furor;* VI, 228, i : Si *dixeris: Vires non suppetunt: qui inspector est cordis ipse intclligil, ct servatorem animx lux nihil fallii, rcdddque homini juxta opera sua.* Voluntas a Deo solo perspicitur et ponderatur, V, 483, 1 : *Omnes vix hominis patent oculis ejus; spirituum ponderator est Dominus.* Voluntas bona quam opulenta, el substituitur pro operibus quæ prestare non potest, XVII, 227, 2.

4° *Voluntatem hominis flectit et regit Deus, ct quomodo,* V, 491, 1. A Deo immediato ex parte ipsius potenti® necessitari potest, nihilominus es suæ libertati relinquitur, VI, 93, 1 : *Sicut divi* siones aquarum, Ha cor regis in manu Domini. quocumque voluerit, inclinabit illud.*

5® *Voluntatis human# defectus.* Voluntas hominis inconstans, *Job,* 404, 1. Voluntas nostra semper inquieta est, XII, 753, 2. A voluntate mala ortum habet peccatum, XX, 51, 2. Voluntas sola peccati sui causa est. IX, 446, 2 ; 448, 2. Voluntas interna peccandi est peccatum, etsi in actum externum non prodeat, 555, 1 : *Est qui vetatur peccare prx inopia, et in requie sua stimulabitur* Voluntas malum appetens est mala et vitupera* bilis, XV, 165, 1 : *Audistis quia dictum est antiquis : Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam,jamm(xchalus csl eam in corde suo.* Ab ea fit actus malus peccatum, *ibid.* Voluntas interior mala precepto *Non concupisces* prohibetur,XVIII, 119, 2 : *Peccatum non cognovi, nisi per legem : nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret. Non concupisces.* Etiam voluntas mentiendi nula est, IX, 230, 2 : *Noli velle mentiri omne mendacium : assiduilas enim illius non est bona.*

6® *Voluntas propria qux damna inferat.* Voluntas propria est Deus inobedienlis, III, 359, 2: *Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus idololatrix nolle acquiescere.* Voluntas propria cst causa omnis peccali, IX, 682, 1. Est velut uxor nequam, 682, 2 : *Omnis plaga, tristitia cordis est : et omnis malitia, nequitis mulieris.* Quam ea sit molesta spiritui, X. 6, 2: *Sicut boum jugum quod movetur, ita et mutici nequam ; qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem.* Hæc est velut sanguisuga, VI, 446, 2. Voluntatibus costris malis quomodo utatur diabolus, II, 112, 2

7® *Qux sint voluntatis officia.* Primo. *In quibus actus voluntatis requiratur.* Voluntatis actus est ad fidem necessarius, XVIII, 178, 1 : *Corae enim creditur ad justitiam : ore aulem confessio fit ad salutem.* Voluntatis pia inclinatio magis quam intellectus propensio ad fidem requiritur, XVII, 166, 1 : *Et verbum Domini crescebat, et multipli-*

cabalar rumerus discipulorum in Jerusalem valde; inulta etiam turba sacerdotum obediebal fidei. Voluntas gratiæ obsequens ad salutem requiritur, IX, 679, 2, 680 1. Voluntatis displicentia ad contritionem requiritur et suffii • XII, 547, 2 : *El recordabuntur mei liberati vestri ingentibus, ad quas captivi ducti sunt : quia contrivi coreorum fornicans et recedens a me, cl oculos eorum fornicantes post idola sua ; et displicebunt sibimet super malis qux fecerunt in universis abominationibus suis.* Voluntas humana nihil habet proprii in prophetia divina, XX, 437, 2 et seqq. : *Non enim voluntate humana allata csl aliquandoprophelia, sed Spiritu sancto inspirati loculi sunt sancti Dei homines.*

8° *Voluntas nostra voluntati divina conformis èsse debel.* Voluntati divinai conformaro se debet effective, clin objecto formali, non materiali, XV, 188, 1, Et quæ ejus rei ratio, *ibid.* Nec item in permissione malorum, *ibid.* Sanctitas nostra in conformatione voluntatis cum divina voluntate consistit, 189, L Voluntas nostra attemperanda divinæ. et ei conformanda, id exemplo pulchro probatur, XVHI, 204, 1. Voluntas Dei identidem nobis animo volvenda et revolvenda, X, 292, 2. Voluntas Dei per preces, considerationes, eleemosynas, jejunia, sedulo exquirenda, et ea cognita, illico exsequenda, XIV. 31, 2. Qui Dei voluntati obedit, ei quoquo ab aliis obeditur, XV, 189, 2. Huic angeli promptissime obediunt, *ibid.* Cum eam fieri petimus, perfectissime oramus, *ibid.* Eam facere, signum est boni Christiani, 213, 2 : *Non omnis qui dicit mihi : Domine, Domine, intrabit m regnum calorum; sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in calis esi, ipse intrabit in regnum calorum.* Voluntas intellectui se subjiciat, V, 582, 2. Voluntas gratiam sequitur, ut ancilla dominam, X, 173 2. Voluntas solido amore ferri debet in carestia, terrena vero vix attingere, XII. 753, 2. Voluntas sancta est velut uxor proba, X, 14, 2. Homines bonæ voluntatis donantur pace cadesti ; qui sunt isti, XVI, 66, 1 : *Claria in ollissimis Deo, el in terra pax hominibus bona voluntatis.*

VOLUPIA. Volupia Romanis erat dea voluptatis, XXI. 327, I.

VOLUPTAS. I0 *Voluptatis idea el descriptio.* Voluptas triplex, VII, 325, 2 : *Nescit homo finem suum : sed sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur ho» mines in tempore malo, cum eis extemplo supervenerit.* Illius idea et habitus, V 263, 1 : *Mulier stulta el clamosa, plcnaque illecebris, et nihil omnino sciens.* Ejus descriptio, XXI, 327, 2. Ipsa et virtus jugiter intra nos digladiantur, V, <87,1.

2® *Quibus rebus assimiletur voluptas.* Ejus symbola, VI. 274, I. Ipsa uvæ acerba? comparatur, V, 307 2. Item fumo, *tbid.* Tine® assmulatur, XIII, 358, 2. Voluptates aquis comparantur, XIV, 263, 1. Hypano fluvio assimilatur, 14, 1. Voluptas hydra multorum capitum est, XIV, 419 £

3e *Voluptatis suadela et illecebra.* Ejus suadela, V, 264, 2 : *Sedet in foribus domus sua, super sellam in excelso urbis loco, ut vocaret transeuntes per viam, el pergentes itinere suo. Qui est parvulus, declinet ad me. El vecordi loculo est.* Quibus verbis sectatores suos alliciat.V. 194. 1,2. *Irretivit eum mullis sermonibus, et blanditiis laborum protraxit illum.* Quomodo plateas prospicere dicatur, V. 187, 2 : *De fenestra enim domus mea per cancellos prospexi. Et video parvulos* considero vecordem juvenem.* Voluptas fallax, VI, 181. 2 : *Ne desideres de cibis ejus,* in *quo est panis mendacii.* Voluptatis illecebra periculosa. *Job,* 388, 1 . *Immisit enim in rete pedes suos,* d tn *maculis ejus ambulat.* E>t pruritui similis, VI, 66, 1. Juvenes in voluptates proni sunt, X1X, 330, 2. Voluptate trahuntur omnes, *Job,* 425, 1.

4° *Voluptatis culpa.* Voluptas mala est. quia Christus eam sprevit, XI, 205. I Est sigillum diaboli, XIV, 351, 2. Voluptas est character Anlichristi, XXI, 261, 2. Ea quæ nec ex Deo est, nec in Deo est, voluptatis excrementum est, 233, 1 : *Depletus es ignominia pro gloria : bibe tu quoque, el consopire.* Voluptas est mortis indicium, *Job,* 69, 1. Voluptas malorum esca. *Job,* 425, 2 : *Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum, abscondet illud sub lingua sua. Parcet illi, ei non derelinquet illud : et celabit in gutture suo.* Voluptas esca peccati, VI, 396, 2. Ipsa quam noxia, XXI, 327, 2. Voluptas est mater omnis peccati, VI, 131, 2 ; 132, 2; XIV, 419, 2. Nullum peccatum, nullum scelus ad quod voluptas non impellat. V, 67, i. Voluptatis filia sævilia, cur. Vili, 312,2: *Nemo nostrum exsors sit luxurix nostra ; ubique relinquamus signa Ixtilix..... Opprimamus pauperem justum el non parcamus vidua.* Voluptas cupidos efficit mancipia diaboli, IV, 330, 2 Ipsa est hæreseos causa, V, 191. 2 Voluptuarii cur Deum negent, VI, 435, 1 : *Mendicitatem el divitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessa» ma, ne forte saliatus illiciar ad negandum. Vo»* lupluarii omnia in morte finiri æstimant, VIII, 296, 2 el seq. Ideoque voluptati, dum vita suppetit, indulgendolo, 297, 1 : *Impii aulem manibus el verbis accersierunt illam* (mortem) : *et asti» mantes tllam amicam, defluxerunt, el sponsiones posuerunt ad illam : quoniam digni sunl qui sint ex parte illius;* 299, 1 : *Dixerunt enim cogitantes apud se non recte : Exiguum, el cum txdio est tempus vita nostra, et non est re/rigenum in fine hominis, et non est qui agnitus sil reversus ab inferis ;* 307, 1 : *Umbra enim transitus est tempus nostrum, et non est reversio finis nostri, quoniam consígnala est, el nemo revertitur;* 312, 2: *Nemo nostrum exsors sit luxuria nostra; ubique retín-*

Te AUTEM FACIENTE el eemosynam, NESCIAT SINISTRA TUA QUID FACIAT DEXTERA TUA. ÜT SIT ELEEMOSYNA TUA IN ABSCONDITO, ET PATER TUUS QUI VIDET IN ABSCONDITO REDDET TIBI.—Elaem OSy* nam, non tantum proximum, sed et nos ipsos, quoad fieri potest,celemus,XV, 182,2.Secretum opus Deus publicat, *ibid.*Exempla S. Martini, *ibid.* S. Gregorii etS. Catbarin© Senensis, 183,4 Præsentia Dei omnituentis est stimulus ad virtutem, V, 187. 1, 2. Deus omnia intuetur ot audit, VI, 60, 1. Et proinde est rex montium, 93, 1. El penetrat cordium intima, 94, 2 et seqq. Quam scientiam oculi Dei observent, 154, 1, 2. Deus est totus oculus, X, 202, !. Est ubique præsens, IX, 607, 1. Oculua Dei intuetur omnia, IX, 291, 1; 607, 1. Est sole lucidior, 607, 1. Præsentia Dei ubique habenda, XX, 328, 1 ; 492, I, 2. Hæc præsentia Deique intuitus, esl regula actionum humanarum, 581, 4. Ipse major est judex cordo ot conscientia, 581, 2« Opera ila facienda sunt, ut sint Deo digna. 642,2 (Vide Dei Omnipr msent ia, Pr æsent ia).

SABBATO PQST CINERES.

(Alare., vi, 47-56).

CUM SERO ESSET, ERAT NAVIS IN MEDIO MARI; ET IPSE SOLUS IN TERRA. Et **VIDENS EOS LABORANTt.S IN REMIGANDO (ERAT ENIM CONTRARIUS** ventus).— Cur discipulos in mari tempestate jactari tot horis Dominus permiserit, XV, 344, 2. Tempestas cuique est non tantum adversitas, sed nimia prosperitas, yy, 344, I. Christus eminus e cœlo Ecclesiam suam videt laborantem, eiquosuccurrit, et de omnibus prospicit. VII. 475. 2 et seq. Item hominem tentalione laborantem videt et juvat 576, 1. Per adversa hominem Deus lentat, et sic eorum virtutem facit inclarescere, Vili, 333, 2. Perque eadem illum expugnat, 334, 2. Christus vidit, ct tacuit, tacendo tamen illis succurrere paratissimus fuit, quia silentia sunt Dei opera, Vili, 627. i.

Et **CIRCA QUARTAM VIGILIAM NOCTIS VENIT AD EOS AMBULANS SUPRA MARE, ET VOLEBAT PR.E-**Ti rire eos. — Christus assumpsit dotes corporis gloriosi ad tempus, XV, 345, 1. Quomodo ad discipulos venerit, 344, 2. Cur volebat eos preterire. ♭ •. 1

AT ILLI UT VIDERUNT EUM AMBULANTEM SUPRA MARE, PUTAVERUNT PHANTASMA ESSE, ET EXCLAMAVERUNT. — Cur hoc permiserit Christus, XV, 345, 1.

Et **STATIM LOCUTUS EST CUM EIS ET DIXIT EIS;** Confidite, ego sum, nolite timere — Hoc loco discendum est discrimen boni et mali spiritus, XV 345, 1. Anima a Deo corroborata et impulsa omnia p< t» >i, \ HI, 107, 1.

Quocumque introibat (Jesus)..... in plateis **PONEBANT INFIRMOS, ET DEPRECABANTUR EUM, UT VEL FIMBRIAM VESTIMENTI EJUS TANGERENT, ET QUOTQUOT TANGEBANT EUM, SALVI FIEBANT.** — Deus, et maxime Spiritus sanctus, beneficus est, et nulli non gestit benefacere, Vili, 445, 2. *Vide notata Dominica* XXIII *post Pentecosten.*

Christus summus est medicus ; medico porro omni triplex debetur honor, X, 268, 4.

DOMINICA 1 IN QUADRAGESIMA.

(Maith., IV, 1-14).

Tunc Jesus ductus est in desertum a spirito **UT TENTARETUR A DIABOLO. — QuO tCmpOFO** Çhristus in desertum actus, XV, 115. 2 et seq. In quem desertum, 116, 1. A quo spiritu ductus, *ibid.,* 2. An Spiritus sanctus directe intenderit tentationem diaboli Christo intentandam, cur Christus lentatus fuerit sex dantur rationes, 116,2 et seq. Lucifer Christum el Adamum tentavit, 117. 1 2

Solitudinis bona et encomia, I, 450, 2; IV, 332, 1, 2 ; V, 521, 4, 2. Silentii ouûatu. at dinis fructus, V, 555. 2 et seqq.; XI, 415, 2; 434, 1, XII, 302, 1, 2. Silentii vis el exempla, IV, 305, 4. Viri sancti desertum semper ambierunt, XI, 492, 1 ; XII, 82, 4. Cur Joannes puer in desertum concesserit, XVI, 51, 2 et seqq. Desti® etiam suum silentium servant, XI, 416, 2. Latero præslat quam agere in turba, VI, 105, 1, 2. Eremita» multi angelos curatores habuerunt, 190, 2. Contemplationi vacare cupientibus solitudo esf captanda, VII, 475, 2 et seq. Turba hominum e negotia declinanda quietem sectantibus, IX, 519,i et seqq. Solitaria vita quanta bona afferat, quam multiplicibus eam colentes a Deo donis compleantur, XIII, 313,4. Secessus et quies sapientiam pa* riunì, XIV, 592, 4. In secessu et secreto loqui animæ solet Deus, 223, 4. Solitudo est nidus anima», *Job,* 577, 4. A peccato servat, 736, 4. Ad silentium servandum media, XL 417, 4. Mentis abstractio a rebus terrenis est velut solitudo, XXI, 244, 2. Collectio sui intra solitudinem do vitæ statu deliberanti exercenda est, XIII,314, 2 *(Vide* Desertum, Silentium, Solitudo).

Spiritus omnes examinandi, qui hominem rapiunt, XX, 58G, 2.

Diabolus mirabilem Christi in jejunando patientiam videbat, hinc eam miratus, eum tentare aggressus est, singularis quippe illius in adversis fuit patientia, VIII, 321,4. üt Satan hic cum Redemptore duellum suscepit, sic vitia pugnant cum virtutibus, 570, 2 et seq. Animæ sanctæ continuo cum dæmono, mundo, carne confligendum est, VII, 560, 1. Christus non fuit tontalus siculi nos interiori suggestione, sed externa tantum propositione, XIX, 391, 4. Daemon hic Dominum triplici concupiscentia lentavit, XX, 546, 2. Jusli sensirn a Deo per varias tentationes exercentur, 129, 4. Omnia quæ spectant ad causas tcntalionis proprie dictæ, ad tentationum varios modos, ad tontationum fines, commoda, fructus, nec non ad modum quos erga tentationes nos gerere debeamus, *vide* Tentatio.

Et cum jejunasset quadraginta diebus et **QUADRAGINTA NOCTIBUS, POSTEA BSURII T. — SOX** causæ jejunii Christi, XV, 417, 2 ot seq. Quadraginta continuis diebus sino omni prorsus c;bo Christus in deserto egit, Vili, 603, 2. Christi jejunium fuit supernaturale, 418, 2 ct seq. Cur Christus esuriit. 119, 2 et seq. Si do jejunio tractare velis, *vide* Jejunium, Quadragesima.

Et **ACCEDENS TENTATOR, DIXIT EI . SI FILIUS** Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. — Origo tentationis diaboli. XV, 120, 2. Modus quo diabolus Christum tentavit, 121, 1. Triplex Christi et et Adæ tenlatio, *ibid.* Aliter Deus dicitur tentare, aliter diabolus, I, 243, 1. Hæc lucta Christi cum diabolo, imago est luctæ, qua cum virtute et sapientia identidem nobis luctandum est, X, 561, 1. Error est omnem tentationem oriri a diabolo, XV, 120, 4. Diabolus quasi anceps cuiqu®

guani escarii objicit, *ibid,* el 2. Dæmon cur sit perdix doloso, XII, 142, 2. Quibus insidiis animam illaqueet, 594, 2. Ejus astutia in tentando, VII, 592, i. Cur vulpes parva dicalur, *ibid.* Diabolus quomodo stel a dextris impiorum, XIV, 381, 2 et seq. Diabolus ost aquilo omnia virtutum germina adurens, Christus autem auster, ea crescere faciens, XIII, 502, 1, 2. Diabolus sua importunitate musca est, Vili, 333, 1, 2. Sed optime per animi constantiam repellitur, 337, 1. Uti et omnes ejus tentationes nd vaha peccata, *ibid.,* 2. Ejus imbecillitas si ei resistamus, I, 503, 2. De diabolo, de tentationibus quibus ad peccatum impellit, el de vanis modis ei resistendi, *vide* art. Dæmon, Diabolus.

Hac prima tentalione voluit scire an Christus verus Filius Dei esset simulque Christum allicere ad vanam suæ potenliæ ostentationem, et ad diffidentiam opis Dei Patris, XV, 121. 1. Peccatum est panis lapidosus, VI, 66, i. Mendacii panis lapidescit, *Job.* 427, 2.

Qui RESPONDENS, DIXIT : SCRIPTUM EST ℓ NON IN SOLO PANE VIVIT HOMO, SED IN OMNI VERBO quod procedit de ore Dei. — Quid hic accipiendum per verbum Dei, XV, 121, 2 el seq. Sancti quos Deus aluit sine cibo, *ibid.,* 2. Jusli non pereunt fame, Job, 144, 2. Cum quanta patientia el mansuetudine Christus diaboli tentationem pertulerit, XV, 122, 1. Christus patientia sua diabolum vicit ut el omnis patiens, V, 517, 1.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, et statuit eum super pinnaculum templi. — Quomodo hæc assumptio facta sit, XV, 122, 1, 2. Christum diabolus assumpsit non phantastice, *ibid.,* 1. Non etiam pedibus ducendo, *ibid.,* 2. Sed per aera rapiendo, *ibid.* Christus dissimulans an Filius Dei esset et assumi a diabolo permittens, ejus opinionem frustratus est, *ibid.* Pinnaculum templi quid, XIII, 500, 1 ; XV. 122, 2 ; 123, 1, 2. Si Christum diabolus assumpsit, quanto majus erit ejus in animam peccatricem imperium, XI, 613, 2.

Et dixit ei : Si Filius Dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim : Quia angelis suis **MANDAVIT DK TE, ET IN MANIBUS TOLLENT TE, NE FORTE OFFENDAS AD LAPIDEM PEDEM TUUM. A1T** illi Jesus: Rursum scriptum est : Non tentams Dominum Deum tuum. — Christus angelo custode canni, XV, 124, 1. Quomodo iterum Christus artes el technas diaboli eluserit, 123, 2. Diabolus deorsum trahit, *ibid.* Praxis fallendi diabolum, *ibid.* Peccati periculum cavendum, X, 133, 2 êt seqq. De tentalione Dei, *vide* Tentatio, An in necessitate liceat, majoris praecipitii vitandi causa, in minus se conjicere, si alia via evadendi non suppetat, XV, 124, 2. Diabolus uti hic Christo tentationem præcipitii sic similes horrendas Christianis et sanctis ingessit, *ibid.* Remedium contra varias tentationes, 125, 1. Daemon in nolentem nihil Aiotest, *ibid.* Ut Dominus Satanam suo telo jugulat, sic malum plerumque in auctorem recidit, X, 40,1,42,1,2.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, et ostendit ei omnia regna mundi, et gloriam eorum. — Omnia regna mundi quomodo Christo ostensa, Dei et diaboli varii modi, XV, 125, 1, 2 et seq. Fraus dæmonis pingentis in phantasia, <26, 1.

Omnia regna atque adeo orbis totus coram Deo quasi gutta roris ante lucem, Vili, 522, 2. Eorumdem parvitas et tenuitas, *ibid.* Omnis mundi gloria brevis est, IX, 308, 2 et seqq. Rerum humanarum el regnorum circulus, ibid. Quasi rotæ a Deo rotantur, XII, 509, 2. Quam ea inania sint et parvo tempore durent, XII, 642, 2; XIII, 30, i; 104, 2. Mundus vanitas vanitatum est, XI, 357, 2. Terræ parvius respectu cœli, 499, I. Quia dæmon hæc tantum Christo ostendit, hinc doceri poterit quam pauca et vilia animæ peccanti det, 616, 1. Honores, opes, dignitates mera sunt vanitas, ita ut homini dumtaxat ceu in speculo ostendantur, XHI, 327, 1 *(Vide* Mundana, Mundus, Regna, Temporalia). Omnis pompa regnorum el hujus vitæ est vitrea, XXI, 291, 1.

Et dixit ei : Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. — Diabolus se asse Filium Dei simulavit, XV, 126, 2. Diaboli fastus, *tbid.* Divinitatem namque ambit diabolus, et ab olim ambivit, 126, 1 et seqq. Diabolus in omnibus rebus et ritibus Dei est simia, XHI, 347, 1. Lucifer voluit esse Deus, quomodo, XXI, 242. 2. Ul Satan hic adorari vult, sic et omnis haeresiarcha superbus est, XVH, 195, 2.

Speciosa quidem hoc in mundo dæmon spondet, sed in hora mortis iis insultabit, IX, 381, 1, 2. Ut diabolus hic mentitur, sic omnis mendax ei similis est, 556, 2. Talis promissio si homini fieret, illico auscultaret, quia creaturæ sunt ei in laqueum et muscipulam, VIII 562, 1, 2. Sancti sunt domini totius mundi, V, 404, 2 et seqq.

Tunc dicit ei Jesus : Vade. Satana, scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. — Hinc discant chrisliani fortiter repellere suggestiones diaboli, iliumque increpare, el fugiet ab eis, XV, 127, 2. Docet hic Christus hoc respondendum diabolo, io tentalione avariliæ, et quavis alia quæ ad hoc tendit ul creaturam praeponamus Creatori, *ibid,* et seq. Laetitia spiritualis optimum contra tentationes remedium, 128.1.

Satanas est summus apostata, V, 163, 1. Sic omnes chrisliani ot martyres tentati a carne, dæmone et mundo, ejusque ministris, constanter obnilenles victoriam referunt, XVI, 588, 2. Diabolus timido est leo, generoso formica, XX, 181, 2 el seq. ; 392, 2. Ejus igitur tentationibus fortiter et generose reluctandum, Vili, 570, 1 *(Vide* Dæmon, Tentatio).

Tunc reliquit eum diabolus, kt ecce angeli

ACCIiSSKHÜïrr, ET MINISTRABANT ILI — Quomodo Çhrislus ex monte in quem eum diabolus transtulerat, in suum locum redierit, XV, 128, 1, 2. Christus homo toti mundo et angelis præest, V, 212, 2. Eliam alias post ad Christum angeli descenderunt et ascenderunt, XVI, 324, 2 et seqq. EI quorsum, 325, 2.

UI Christo post conflictum peractum adfuero angeli, sic et hominibus rite certantibus dantur consolationes, XXI, 54. 1. Post tentationem sequitur consolatio, III, 200 i; IV, 281, 1. Suosin afllictio-Jbus et tentalionibus prælianlos Deus intuelur, XIV, 307, 2. Qui forliler vincit diabolum ejusque suggestiones, consortio, consolatione et ministerio angelorum praemiatur, XV, 128, 2. Vincentibus tentationem quam stellam matutinam promittat Deus, XXI, 61, 1. Quam item coronam vincentibus passiones, 45, 2. Et hæc victoria quam sit gloriosa, 89, 1; 90, 1. Omnia quæ ad Angelorum ministerium pertinent videre est in articulo Angeli.

FERIA II.

(¡faith., XXV, 31 ad fin.).

Com autem venbhit Filius hominis in majestate sua, İt omnes angeli cum eo, tunc sedi bit super sedem majestatis suæ. — In quo majestas Christi judicis situ sit, XV, 533, 2 (Fide Jesus CiinisTus judex, Judicium extremum). Angeli in corporibus splendidis judicio extremo interfaturi sunt, XV, 533, 2. Dæmones e contra in tetris corporibus, 534, *i.*

Et congregabuntur ante eum omnes gentes, ET SEPARABIT BAS AB INVICEM, SICUT PASTOR SEGREOAT OVES AB HÆD13. Et STATUET OVES QUIREM A DEXTRIS SUIS, IIÆDOS AUTEM A SINISTRIS. — Parvuli etiam in judicio aderunt, XV, 534, 1 Cur electi ovibus, reprobi hædis comparentur, *ibid.,* 2. Dextera et lævo quid in Scripturis denotent, VII, 566 2 et seqq.; XV, 534, 2. Cor •.tuitiest in sinistra ejus, cor sapientis in dextera, « II, 334, 2 et seq ; 335, 2 el seq.

Tunc dicet Rex his qui a dextris ejus erunt Venite, benedicti Patris mei, possidete PARATUM VOBIS RI.GNUM A CONSTITUTIONI MUNDI. — Cur Christus prius judicat pnemiatque electos, quam puniat reprobos, XV, 535, 1. Hæc sententia pro electis expenditur, item damnationis quæ in reprobos fertur, 535, 1 et seqq Quomodo in dio judicii quis benedici potest, et non erubescere, XX, 558, 1. Hac voce Christus animas justorum ad gloriam invitat, VII, 578, 2.

Esurivi enim, et dedistis mihi manducari:; Sitivi, et dedistis unii biber e. — Cur misericordes præ ahis coelo adjudicentur, XV, 535, 2. Sex opera misencoidia' corporalia tunc eliciuntur, 536, i. 2. Pauperes pascere Deo gratissimum est, XII 632, 2. Christus spiritualiter bonis operibus pa'Citur el reficitur, Vili, 17, 4, 2. Misericordiam Dius vult inesso omnibus actionibus nostris, IV, 278, 1, 2. Quain sit homini necessaria, 305, 1, 2. In operibus misericordiæ tam corporalibus quam spiritualibus vires el opes suas exhausit Tobias senior aliique, 278, 1, 2 *(Vide* Miser icor dia).

Hospes eram et collegistis me. — Hospitalitas commendatur, V, 362, 1, 2. Stimuli varii ad hospitalitatem, XX, 643, 2. Ea est Christiano exercenda, 359, I. Ejusdem merita, *ibid.,* 2 (Fide Hospes, Hospitalitas).

Nudus, et cooperuistis me. — Vestire nudos Deo valde placet, XII, 633, 2.

Infirmus, et visitastis me.—Infirmorum visitatio suadetur, ot exemplis confirmatur, XI, 483,2. Visitatio pauperum el pupillorum est advocata visitantium apud Deum, XX, 92, 2 *(Vide* /Egi.r, Infirmus).

In carcere eram, et venistis ad me.—Captivos liberare quam sit Deo gratum, XII. 265, 1.

Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, QUANDO TE VIDIMUS ESURIENTEM ET PAVIMUS TE. ETC.... Et RESPONDENS REX DICET ILLIS t Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his FRATRIBUS MEIS MINIMIS, MIHI FECISTIS.—Non pOtuit Christus magis justitiæ ac misericordiæ nostra! operam provocare, quam quod praestari id dixit sibi, quidquid egenti præstatur et pauperi, XV, 537, 1. In pauperes quæ conferuntur non pereunt danti, 284, 2 et seq. Christus in membris suis patitur el honoratur, XVII, 211, 2. Eleemosynas pauperis factas ipso quoquo ratas habet, 225, 2. Quod pauperi datur Christo datur, IX, 369, 1, 2. (Fide Eleemosynæ fructus).

Tunc dicet et his qui a sinistris erunt. Discedite a me. maledicti, in ignem æternum, QUI PARATUS EST DIABOLO ET ANGELIS EJUS. ESUrivi enim, etc. — Ignis gehennæ qualis, XV, 537, 2. Modus quo ignis dæmones cruciat, 528,1. Quod ignis ille sit æternus et nunquam finiendus, ideo damnati præ rabio desperant, XVI, 226,1,2. Æterna damnatorum a Deo, cœlo et angelis sequestratio gravissimum ipsis erit supplicium,XVI, 226, 2. Hujus ignis aeternitas describitur, XI, 362, 2; 441, 1,2 Æternitatis conditiones el descriptio, 458, 1. Peccata damnatorum scripta sunt stylo ferreo in ungue adamantino, XII, 363. t. Æternilas bona vel mala est semper pr® oculis habenda, VII, 395, 1, 2. Illius consideratio stimulus est ad bone faciendum, 369, 2 (Fide Æternitas, Infernus).

Et ibunt ni in supplicium .eternum, justi altem in vitam ÆTERNAM.— Lactantii sontentie de igne gehennæ, XV, 539, 2 (Fide *identidem* .Etehnitas).

FERIA III.

(Matth., XXI, 10-17).

Et intravit Jesus in templum Dei, et ejiciebat OMNES VENDENTES ET EMENTBS IN TEMPLO.

— Ejectio vendentium e templo, XV, 4 4, i. Christus non intrabat in sanctum, nec in atrium sacerdotum, co quod non esset sacerdos Leviticus, *ibid.* Christus vendentes e templo ejecit, ob duas causas, 464, 2. Bis o templo Christus vendentes ejecit, *ibid.* Chrisli Judæos ejicientis typus fuit Jonathas cœdons Philistæos, 111, 345, 2. Templum dicitur domus Dei, cur, XV, 465, L Hinc discendum quanta reverentia debeatur templo, setàcei quæ domui Dei debetur, *ibid.* (Fide Templum et *notala Dominica* IX *post Pentecosten).*

Nunquam legistis, quia ex ork infantium et lactentium Pi.RFECisTi laudem. — Acclament Christo pueri, XV, 466, 1. Infantes sæpo innocentiae judices fuero, XIII, 185, 2. Pueri quomodo in primitiva Ecclesia docuerint alios, XI. 262, 1,2. Etiam nunc docent suos in India, *ibid.* Pueri mulli tyrannos confuderunt, *ibid..* 2 etseq. Humiles ut pueri sunt vero sapientes, IX, 441, 2.

FERIA IV.

[Matth.. xII. 38 ad fin.).

Tunc responderunt ki quidam dr Scribis kt Pharisjbis, dicentes: Magister, volumus a tk signum videre,— Qua intentione hi accedunt ad Christum illum lentaturi, XV, 311, 1.

Qui respondens, ait illis: Generatio mala et adultera signum quer it.—Infidelitas el idololatria dicuntur adulterium in Scriptura, XV, 311. 1, 2.

Et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophet.e. Sicut enim, ole.— Signum Jonæ est resurrectio, cur, XV, 311, 2. Christus in sepulcro fuit tribus diebus el tribus noctibus, quo sensu, 312, 1, 2.

Viri Ninivit.e surgent in judicio cum generatione ista. — Quo tempore Jonas Ninivitis prædicaveril, XV, 313, 1. Christi et Jonæ antitheses, *ibid,* et 2.

Regina Austri surget in judicio cum generatione ista, kt condemnabit eam. — Regina Austri quænam, et undo venerit, XV, 313, 2. Do Regina Austri, III, 606, 1, 2; 607. 1.

Quia venit audire sapientiam Salomonis, kt ucce plus quam Salomon hic. — Quam severo regina ista suo facto in dio judicii duritiem el incredulitatem Judæorum condemnabit, XX, 3!4, 1, 2. Quoad sapientiam Salomonis, vide Salomon. Salomon fuit typus Christi, el in quo, VII, 4, 2. Salomonis sapientia ot scripta, 404. 2; 405, 2. Salomon ardentissimus fuit sapionlitu amator, eamquo a Deo postulavit ad regendum populum, ct templum construendum, VIII, 486, i ; 488, 2. Vora nobilitas est doctrina, XIII, 10, 2.

Cum autem immundus spiritus exikrit dr homine, etc., *vide noteta Dominica* III tn *Quadragesima.*

Adhuc eo loquentb ad turbas, kccb mater EJUS ET FRATRES STABANT FORIS, 0UJERP.NTES loqui ei. — Fratres Christi qui, XV, 313, 2 et seq. Quo fine quærebant ei loqui, an ex ambitione el fastu ul viderentur esse consanguinei tanti docloris, 316, 1.

At ipse respondens dicenti sibi, ait : Quæ est MATER MEA, ET QUI SUNT FRATRES MEI? Et EXTENDENS MANUM IN DISCIPULOS SUOS DIXIT : ECCE MATER MEA, ET FRATRES MEI. QUICUMQLE ENIM FECERIT VOLUNTATEM PATRIS MEI QUI IN COELIS EST. IPSE MEUS FRATER, ET SOROR ET MATER est. — Frater Christi est fidelis, mater Chrisli cst prædicalor, XV, 316, 2. Viri apostolici sunt proprie fratre* Christi quia in idem cum ipso opus conspirant. Vili, 207, 2. Virtus nostra est soror, quo sensu, item soror castitatis, V, 186, i, 2. In obediente manet Deus diversimode, XX, 584,1.

FERIA V.

(Matth.. XV, 22-28).

Et ecce mulier Chananæa a finibus illib EGRESSA CLAMAVIT, DICENS RI : MISERERE MEI, DOMINE, fili David; filia mea male a demonio vexatur. — Parentum amor erga filios major quam filiorum erga parentes, cur, XV, 355 2.

Qui non respondit ei verbum. — Cur Christus banc mulierem suppliciter deprecantcm aversari videtur. XV, 355, 2.

IpSB ALTI M RESPONDENS AIT*. NON SUM MISSUS NISI AD OVES QU.E PERIERUNT DOMUS ISRAEL. — Sapienti® radices misit Deus in Israel, IX, 628, 1. Quo sensu ad solos Israelitas missus Cbnslus, XV. 356, 1.

At illa venit kt adoravit kum, dicens : Domine, adjuva me. — Deus cur sæpe in initio preces non exaudit. XV, 356, i. Sancti a Deo dirigi orant et impetrant, V. 78, 1, 2.

Qui respondens, ait illi : Non est bonum SUMERE PANEM FILIORUM ET MITTERE CANIBUS, — Peccator poenitere valens est canis, qui melior est justo remisso et torpido, VII, 310, 2 el seq. Canis mores ci adaptantur, 311, 2. Cur canis vivus sit molior Icono mortuo, *ibid.* Pari modo Christus sæpo animas sanctas dum aliquid desiderarli, pungit, humiliat et mortificat, XV, 356, 2.

At illa dixit : Etiam, Domine ; nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum, — Chananæa so cani comparat, XV, 356, 2. Chananæa hic ideam perfect e orationis dat. ot ex ejus orationo decem virtutes orationi necessarias colligere possumus, 357, 1. Votum S. Laurentii Justiniani morituri Chananœam imitantis, *ibid.*

Tunc respondens Jbsus, ait illi: O mulier. MAGNA EST FIDES TUA : FIAT TIBI SICUT VIS. — Oratio nos facit Israoles, id est dominantes Deo, XV, 357. 2. Quæ sit allegorico et tropologice bæo filia c dæmone vexata, *ibid.*

FERIA VI.

(Joann,, v, 1-15).

Post h.ec erat dies festus Judæorum, et ascendit Jesus Jkrosolymam.— Quisnam hie aiei festus, XVI. 371, I, 2.

Est autem Hierosolymis probatica piscila, etc —Probatica quæoam vox, XVI,371,2. Piscina quid. 372, I. Probaücæ piscinæ origo fabulosa, *ibid.* Piscinæ describuntur, earum quis fuerit usus, VII, 96. 2. Piscinæ hujus probaücæ descriptio 97, I. Siloo fons, a quo piscina hæc dependet, describitur, quantæquo sit Saracenis venerationis, XIV, 515, 2 et seq. Hæc piscina pluribus describitur : ejus forma et origo XVI, 372, 1 et seqq. Piscina est meditationis symbolum, Vili, 178, 1.2.

In iiis jacebat multitudo magna languentium, etc. — Morbi, miseria, ærumnæ, casus, infortunia hominibus ab Adami peccato accidunt ; atque hoc jugum illis impositum jam indo ab initio per Adarnum, X, 324, 2 et seqq. Quanta mala id jugum complectatur, 325, 2. Peccati originalis decem pœnæ, 226, 1. Tropologice qui sint omnes isti ægroli, XVI, 372, 2. Tro sanatione hujus paralytici videre est Jesus Christus, cap. IV, art. II, § i, et Piscina.

SABBATO.

(Maith,, XVH, 1-9).

Cum in isto evangelio do transfiguratione agatur, *vide Dominicam* H tn *Quadragesima,*

DOMINICA II IN QUADRAGESIMA.

(Maith,, XVH, 1-9).

Totam transfigurationis Christi seriem supra exposuimus art. Jesus Christus. cap.V, art, HI, § 7 ; hic tantum quæ ex aliis libris tum Veleris tum Novi Testamenti ad pleniorem hujus mysterii explanationem inservire possunt subjicimus. Vide insuper, XV, 380-390; XX, 428-432.

Post dies sex assumit Jesus Petrum et Jacobum, et Joannem fratrem ejus.— Sancti SUnt Deo familiares el secretarii, V, 100, i, 2. Ut Dominus paucos transfigurationis suæ testes adhibuit, ita consiliarii pauci, el cum delectu seligendi aunt, IX, 192, 1, 2 et seqq.

Et ducit illos in montem excelsum seorBCM — Montes videtur Dominus adamasse ad præcrçua fidei mysteria peragenda, VII, 574, 1. Cur facta sit transfiguratio in monte, et in quo moria, XV, 381, 1,2; XX, 323, 1.

El transfiguratus est ante eos.— Quomodo et cor hæc transfiguratio peracta sit, XV, 382, 2 ; 383, 2 el seq; XX, 429, I ; 431,2.

Christus cum sanctis hominibus deliciatur, V> 240, 1, 2 el seqq. Christus humanitate suam deitatem celabat, eam tamen subinde emicare faciebat, VII, 575, I. An beata Virgo subinde divinam Christi essentiam viderit, Vili, 32, 2.

Et resplenduit facies ejus sicut sol. — Quomodo Christi facies ut sol resplendeat, XXI. 35, 2 Quinimo ipso Christus ot Deus sol sunt ob varias analogias, 36, 1. Deus est oculus et sol mundi, XIV, 418, f. Christus est sol justitiæ, X 31, 1. Solis elogium, 387, 2 et seqq. Sol est typo,, Christi, *ibid,* Christus splendore suo omnium ocr los offuscat, XIV, 589, 2. Capilli candidi Christi quid donotent, XXI, 31, 2.

In oratione Christus transfiguratus fuit; quomodo oratio faciat homines lucidos, I, 747, 2. Oratio est animæ transfiguratio, XV, 384, 1, 2. Christus lux in tenebris, *Job,* 4, 1; 213, 2. Lux est quasi forma rerum, 716, 2. Splendor verus a virtute, 13, 2. Sanctitatis et lucis consensio, 15, 2; 83, 2. Aspectus Dei animam venustat, 679, 1. Puritas accessum ad Deum habet, 17, 1. Puritas cordis Doum videt, 340, 1.

Vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix —Fulgor vestimenti Christi in transfiguratione, XV, 384, 2 et seq. Candor est color perfectissimus, 385, 1. Nivis commoda miranda et causæ, IX, 401, 1, 2; 407, 1, 2. Virtutes sunt animæ vestes, *Job,* 572, 1.

Et ecce apparuerunt eis Moyses et Elias cum eo loquentes. — Cur Moyses et Elias apparuerint, variæ causæ, XV, 385, 2. Omnia quæ ad Moyson seu ad Eliam spectant, *vide* art. Elias, Moyses. S. Lucas addit : *El dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem,* Quisnam hic excessus, XV, 386, 2. Transfigurationis suæ gloriam et splendorem moderatur Dominus sermone de excessu suo et morto, ita quippe fieri amat, ut adversitas prosperitatem moderetur, el hæc illam quia mundus contrariis constat, VII, 261, 2.

Respondens autem Petrus, dixit ad Jesum: Domine, bonum est nos hic esse. — Petrus præ summo animi gaudio nescii quid petal, XV, 387,2. Quies non est hujus vitæ, *Job,* 86, 2.Deus amicos suos exstaticos et quasi amentes facit,V, 241,1,2. Contemplatio Dei est quasi finis rerum, 487, 2. In Dei cellariis manero gestit anima, VII, 490, 1 ; 491, i. Exstasis quomodo contingat, VIII, 143, 2. Septem gradus ad divinæ contemplationis cellaria perveniendi, VII, 491, 1 (Vide Contemplatio).

Si vis, faciamus hic tria tabernacula : tib unum, Moysi unum, et Elib unum.—Cur Petrus petat fien tria hæc tabernacula, cum beati non egeant tabernaculis, XV, 387, 1, 2.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. — Nubes obumbrans quos et cur, XV, 388, 1, 2. Nubis officium quale hic, *ibid,,* 2. Nubis origo : est ea symbolum principum et gubernatorum VIII, 306, 2. Cur in nube apparere soleat Deus, XII, 574, 1. Nubes est thronusDei', IX, 621, 2; *Job,* 523, 2; 691, 2. Nubes et fumus

isunt gloriæ Doi symbolum, XI, 175, 2. Nubes est quasi vestimentum Dei, quod in nube se absconderet ot loqueretur, responsa dans ex propitiatorio, IV, 290, t *(Vide* Nubes). Nubes est vélum Dei, XV. 388, 2. Nubes fuit lucida, cur. 359, L

Et ecce vox de nube dicens : Hic est Filius **MEUS DILECTUS, IN QUO MIHI DENE COMPLACUI,** ipsum audite. — In transfiguratione SS Trinitas rcpræsentatur, XV, 389, I. Hæc verba: *Ipsum cudite,* exponuntur, XX, 431, i. In Christo Deus sibi inire complacet, 430, 2.

Et **AUDIENTES DISCIPULI, CECIDERUNT IN FACIEM SUAM, ET TIMUERUNT VALDE.** — ApOSIOIOrum timoris causæ, XV, 389, 2 et seq. Serapbinis auditis, timet et tacet Isaías, XI, 176, t. Dei locutio qualis, *Job.* 24, 2; 2G3, 2. Vox Dei in quiete innotescit, 646, 1; 651, 2.

Et **DESCENDENTIBUS ILLIS DE MONTE, PRÆCEPIT** eis Jesus dicens: nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis a mortuis resurgat.— Cur Christus silentium de sua transfiguratione indicat, XV, 390, 2.

Quia transfiguratio Christi erat quasi præambulum gloriæ cœlestis, poterit hic agi de gloria regni cœlestis, *vide* Beatitudo, Beatus, Coelum.

FERIA II.

(Joan., vin, 21-29).

Ego vado, et quæretis me. et in peccato vestro moriemini.— Mensura peccatorum cuilibet statuta est, qua impleta castigatur, XV, 495,1,2. Pœnæ eorum qui in Christo non manent, sed ab eo se peccando sequestrant, XVI, 561, 2 elseqq. Quo sensu perversus sit incorrigibilis, VII, 259, 2. An reprobus et reprobati salvari queant, 260, 1.

Et dicebat eis : Vos de deorsum estis, ego de **SUPERNIS SUM. Vos DE MUNDO HOC ESTIS, EGO** non sum de hoc mundo.— Dat causam Christus cur quo ipse vadit, Pharisæi venire non possint, XVI, 4»1, 1,2. Vos *dc deorsum estis* quid moraliter, physico, melaphysice significent, 441, 2 et seq. Animæ origo cœlestis, XVH, 336, 2 et seqq.

Dicebant ergo ei : Tu quis es? Dixit eis Jesus : Principium, qui et loquor vobis. — Christus principium, quo sensu, XVI, 442, 2. Deus principium ot finis actionum nostrarum, 413, 1, 2.

Multa habeo de vobis loqui et judicare; **«£D QUI ME MISIT, VERAX EST : ET EGO QUÆ AUDIVI AB EO, Il.«C LOQUOR IN MUNDO — QllOtuplici** sensu Dous Pater verax sil, XVI, 443, 2; 444, I *(Vide* Dei veritas). Veritas triplex, oris, mentis, operis, XX, 226, i. Veritas est mentis cingulum, 258, 2. Anima sancta quomodo vera enuntiet, X, 57, 1.

FERIA III.

(Maith.. **XXIII, 1-<2).**

Tunc Jesus locutus est ad tobas et ab **DISCIPULOS SUOS, DICENS : SUPER CATHEDRAM** Morsi sederunt Scribæ et Pharisæi, — Cathedra est auctoritas docendi et jubendi, XV, 448, 1. Pharisæorum nequitia et idololatria, XI, 747, 1.

Omnia ergo quæcumque dixerunt vobis, servate et facite. Obediendum malis Prælatis jus> præcipientibus, XV, 488,1,2. Traditiones in Ecclesia commendantur, 407, 1.

Secundum opera vero eorum nolite facers, **DICUNT ENIM, ET NON FACIUNT. — Quando hOC** præceptum Christianis servandum. XV, 488. 2.

Alligant enim onera gravia et importabilia, **ET IMPONUNT SUPER HUMEROS HOMINUM- — Jüdæi** vanis legis oneribus onerati erant ut camelus. XI, 330, 2; 331, 1. Hæc onera erant rigidæ legis interpretationes, ac insuper plurima alia, quae piaster legem praecipiebant ipsi populo, XV, 488, 2.

Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. — Erat hæc Pharisæorum superbia gloriam hominum ambientium, XV, 489, 1.

Dilatant enim phylacteria et magnificant fimbrias — Phylacteria quid et unde, XV, 489, 1. Quomodo Judæi ad litteram servatores so legis ostenderent, V, 185, 1.

Amant autem primos recubitus in ccenis, et primas cathedras in synagogis. — Modestia in accubitus loco diligendo commendatur, XVI, 195, 2. — Contentionem de principe loco cavere oportet, VI, 260, L

Et salutationes in foro, et vocari ab hominibus Rabbi. — Salutationes raalulinæ ad ædes divitum olim erant in usu. VI, 343. 2. Pharisæi nomen appetebant, et officium negligebant, XV, 489, 2.

Vos autem nolite vocari Rabbi; unus est enim magister vester, omnes autem vos fratres estis. — Sapientiæ nomen non est aucupandum, nec nimis sapiendum, VI. 274, 2. Adulatione et laudibus auditis plerique capiuntur, 395, 1. Gradum doctoratus non vetat Christus, sed superbum nominis ambitum, XV, 489, 2 el seq.

Et patrem nolite vocare vobis super terram; unus est enim Pater vester, qui est in coelis. — Deus solus vere et plene est paler omnium, XV, 490, 1. Paternitas omnis a Deo deseen* dit, XVIII, 615, 1, 2.

Nec vocemini magistri, quia magister unus est Christus. — Non homo intellectum homini praestat docendo, sed a Deo præslilum per admonitionem exercet, XV. 490, 1.

Qui major est vestrum erit minister vester. — Modestia) in rectore præslanlia, XX, 315, i ; 323, 1 ; 382, 2 Ejus doles, 323, 2 et seq, Qualuor ejus species, 323, 2 Media ad eam, 324, t.

Qui autem se exaltaverit, humiliabitur, it

QUI SE HUMILIAVERIT, EXALTABITUR. — Exempla sunt Mardoch.vus vilis út abjectus exaltatus, et Aman superbus humiliatus, IV, 379-382. Humilitas exaltat, superbia infamat, VI, 410, 1. Exemplum arrogantis humiliati, XV, 491, 1 (h'de Hu.mil it as, Super bia).

FERIA IV.

(Mallh., XX, 20-28).

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedei CUM PILUS SUIS, ADORANS ET PETENS ALIQUID ab eo. — Ejus petitio expenditur, XV, 447, 2.

Ait illi : Dic ur sedeant hi duo filii mei, UNUS AD DEXTERAM TUAM, ET UNUS AD SINISTRAM, IN' regno tuo. — Quæ hujus ambitiosæ petitionis occasio fuerit, XV, 448, 1. Excusanda matar filiorum Zebedæi, iWd. Ambitiosorum moros describuntur, IX, 597, I. Ambitio regni nihil non molitur. IV, 370. 2 Honores non sunt ambiendi, IX, 222, 1. Prelature non sunt ambiendae, XX, 434, 1. Honores hujus mundi appetentes pueris papiliones insequentibus comparantur, IV, 370, 2. Ambitio est ambientium crux, 377, 2 et seq.(Vids Ambit io). Virtus propria nobilitat, non avorum virtus, secus ac prætendebat hæc mater, nixa cognatione cum Christo, V, 354, 2. Ineptum ad officia sacra vel profana promovens vel commendans, peccat injustitiam, VI, 40, 2. Contentio do primo loco vitanda est, 260, 1.

Respondens autem Jesus dixit : Nescitis quid petatis. — Quia non simul, sed gradatim ad honores est ascendendum, VI, 260, 1. Honores insipientibus non sunl dandi, 303, 1, 2 el seqq. In quo hi Mercurio similes sint, 365,1 Beneficia non cognatis, sed dignis danda, XV, 448, 2. Agrippina) matris Neronis ambitio, *ibid.* Hujus responsi, *nescitis quid petatis,* septem explicationes, 448, 2 ; 449, 1. Male petens cur petita non impetret, XX, 173, 2. Caduca el peritura non sunt petenda a Deo, 174, 1.

Potistis bibere calicem quem ego bibiturus sum T — Passio est calix, cur, 449, 1, 2. Cur S. Joannes Evangelista cum calice pingatur, *ibid.,* 2.

Dicunt ei : Possumus. — An Joannes et Jacobus calicis significationem intellexerint. 450, 1.

Ait illis : Calicem quidem meum bibetis, SEDERE AUTEM AD DEXTERAM MEAM, VEL SINISTRAM. NON EST MEUM DARE VOBIS, SED QUIBUS paratum est a Patre meo. — Est hoc oraculum de Jacobi et Joannis passione, XV, 450 t. Quo sensu Christus dicat ad se non perlinere cœli gloriam dare, 450, 2.

Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. — Undo duorum fratrum petitionem audierint castori apostoli, XV, 451, 2. Invidi® damna et remedia, 451, 2; 452, 1. Bella oriuntur e nimia cupiditate, XX, 171, 1. Reges eos qui plus exteris sapero videri volunt, oderunt, IX, 223, 2.

Jesus autem vocavit eos ad se, et ait : Scitis quia principes Gentium dominantur EORUM, F.T QUI MAJORI S SUNT. POTESTATEM EXERCENT in eos. — Quanta sit dominantium el nobilitatis vanitas, XV, 54, 2. Regu imperiosorum exempla, VII, 288, t. Stulti aliquando sapientibus præsunt, sed indigne, 339, I. Idquo Dei permissu, ut sic impios castiget, *ibid.* Reges puen et leves damnosi sunl reipublicæ, VII, 350, i, 2. Servi facti reges regunt Impotenter et superbiunt 340. 1. Sors tales reges facit, 339, 2. Principes sint potius erga suos affabiles el modesti, XVII, 399, 2 ; XX, 383, 1 *(Vide* Rector, Rex, Pbln-ceps, Tyrannus).

Non ita erit inter vos; sed quicumque voluerit INTER VOS MAJOR FIERI, SIT VESTER MINISTER, ET QUI VOLUERIT INTER VOS PRIMUS ESSE, ERIT VESTER servus. — Quid bis verbis doceat Christus, XV, 452. 1, 2. Ex hac Christi sanctione, summus Pontifex hunc titulum preferì : *Servus servorum Chrisli, ibid.,* 2. Hinc S. Franciscus prælatos ordinis sui appellari ministros voluit, *ibid.*

Sicut Filius hominis non venit ministrari, SED MINISTRAR: ET DARE ANIMAM SUAM REDEMPTIONEM pro multis — Humilitas est propria virtus Christi, XV, 453,1. Ad exemplum Christi S. Francisci Xaverii humilitas, *idid.* An Christus pro omnibus mortuus sil, *ibid,* el 2. Sanctorum hoc humilitatis et charitalis Christi exemplum imitantium exempla, 453, 2 *(Vide* Humil it as).

FERIA V.

(Luc., XVI, 19-31).

Homo quidam erat dives. — Divitis epulonis et Lazari vera historia, XVI, 220, 1. Dives opulo fuit Judæus, *ibid.* Hic etsi improbus, divitiis abundabat, cum vice versa justi sæpe inopia affligantur, VII, 126, 2. Dei consdio hic est dives, ille pauper, VI, 135, 1, 2. Divilim superbiam el audaciam pariunt, V, 290, 1. Uti divitis hunc ab inferno non liberarunt, Ha nec ullum, VII, 123, 2. Divilum prosperitati non est invidendum, VI, 195, 1, 2 (l'íde Dives, Divit iæ). Dives apud Deum quis sit, XX, 315, 2.

Induebatur pubpura et bysso. — Purpura divitis in vestitu luxum, byssus mollitiem notat, XVI, 220,1. In vestitu non est gloriandum, IX, 336, i, 2.

Et epulabatur quotidie splendide. — Pena semper epulas lautas sequitur voluptas, XVI, 220, 2. Mors in olla gulæ, IV, 24. 1. Quam gula sit exilialis, VI, 197, 1. Pœna veniri deditorum, III, 291, 2. Sumptuosarum epularum damna. XX, 202, 2 et seqq. *(Vide* Convivia, Epuljb, Gula).

Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, QUI JACEBAT AD JANUAM EJUS, ULCERIBUS PLENUS. — Illius misera sors el morbi desc.ibuulur, X\ I,

220, 2 et seqq. Mendicorum vita mors est potius quam vita, X, 343, 2 (ride Mendicus, Pauper).

Cupiens saturari de micis qu.e cadebant de MENSA DIVITIS, ET NEMO ILLI DABAT. — CruCOS Lazar! novem, XVI, 221, 2 et seq. A paupere qui faciem suam avertit,ab eo etiam faciem suam averlet Deus, IV, 284, 2. Durus in pauperes peccat graviter, V, 425, 1. Hic excitat Dei et hominum iram, VI, 109, 1. Diviles debent amare pauperes, imo eos preoccupare, 133, 1, 2 el seqq. Pauperes vexans Christum vexat, 167, 2 (Fida Dives, Pauper).

Pactum est autem ut moreretur mendicus, ET PORTARETUR AR ANGELIS IN SINUM ABRAHÆ. — Ministerium angelorum animas in cœlum ducere, XVI, 222, I. Sinus Abrahæ, quid, et cur sic dictus, *ibid,* et 2. Limbus ubinam esset, olim nescieba* tur, VII, 157, I. Limbus Patrum, el sinus Abrahæ vocatur pax, Vili, 331, 1. Mors et vita quid sit, X,345,2. Ipsa suavis est indigentibus, ægris, senibus, anxiis, desperantibus, 346, 2 el seq. Cur vila justorum brevis el misera, impiorum longa el felix, VII, 262, 2 et seq. Mors sanctorum est vitæ janua, VIII, 330, 1. Justorum mors, etiam præoccupalorum, eos ponit in quiete el refrigerio, ipsi eam meditando præverlunt, 362, 2. Ante diem ad cœlum sanctorum rapiuntur, 366, 2. Sancti in cœlo stant quasi victores, 378, 2 *(Vide* Mors, §7).

Mortuus est autem et dives, et sepultus est in inferno. — Quam sors illius, quam in hac vita habuit, sit mutata, XVI, 222, 2 et seq, Quis hic infernus, 223, I. Quodnam peccatum divitis epulonis, *ibid.* Impiorum dies ut umbra transeunt, VII, 299, 1. In morte dives universa relinquere debet, 217, 1,2. Eorum funesta mors post lælam vilain, Vili, 375, 2. Multipliciter tunc illos Deus disrumpit, 376, 1. Peccator dæmones secutus, tandem ad eorum sedes deducetur. VI, 112, i, 2. Mortuus slatini csl judicatus, et inferno addictus, VII, 156, 2. Avari siepo carent sepultura, 224, 2. In tenebris sepeliuntur, 225, 2 et seq. Impii etiam superbo in gehenna sepolti sunt, 294, 2.

Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, et Laxarum in sinu ejus. — Impii et peccatores in dio mortis rerum quas amarunt vanitatem el fugacitatem agnoscent, Vili, 1. An a damnatis justi in requie conspiciantur, XV, 223, 2.

Et IPSE CLAMANS DIXIT i PATER ABRAHAM, MISERERE mei, et mitte Laxarum ut intingat kxthkMUM DIGITI BUI IN AQUAM, UT REFRIGERET LINGUAM MEAM, QUIA CRUCIOR IN HAC FLAMMA. — Frustra Lazarum vocat, quia in inferno nullum solatium, VIH, 301, 1. impii post mortem nullum habentes advocatum desperabunt, 351, I. Quomodo divitis anima linguam habuisse dicatur, XVI, 224,2 et seq. Divites in gehenna pauperie torquebuntur, ul ne guttam quidem aquæ habeant, VII, 215, 2. Ul epulo in lingua tortus fuit, sic in eadem dc tractores et maledici torquebuntur, Vili, 289, L Ut epulo gula et lingua peccavit, ita in eadem se cruciari clamavit : nain per quæ quis peccavit, per hæc et punitur, 517, 2 (Vide Infernus).

Et dixit illi Abraham ; Fili, recordarr QUIA RECEPISTI BONA IN VITA TUA, RT LaZARUS similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. — Pauperum el divitum sortes differunt, IX, 400, 2. Pios affligi, impios prosperari, vanitas est, VII, 300, I. Dujs autem ob causas illi affliguntur, el hi prosperantur, *ibid.,* 2. Sed horum prosperitas maxime noxia est, 301,1,2. Impii labores operum suorum in inferno comedunt, V, 53, 1. Talionis lege Deus durum in pauperes punit, VI, 108, 2 el seq. Voluptas in fine vitæ sectatorem suum deserit, 72. 2 et seq. In altera vita felicium et infelicium sorto mutabuntur, IX, 356, 2; XVI, 1, 2. Ideo S. Catharina Senensis e duobus coronis ei a Chnslo oblatis una aurea et gemmata, altera spinea, spineam coronam elegit, XVI, 225, 2. Nemo ante mortem beatus dicendus est, IX 356, 2; 359. 2. In die bonorum habenda memoria malorum, 354, 2 et seqq.

Et in his omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est, etc.— Chaos quid» XVI. 226, I. Quid per chaos hie intelligendum, ¿26, 2. Quo sensu mortui nil sciant.VH, 312, 1» 2. Anima a corpore separata scit res omnes naturales, damnata scit tantum sua tormenta, VII, 312, 2 el seq.

Et ait : Rogo ergo te, pater, ut mittas EUM IN DOMUM PATRIS MEI*, HABEO ENIM QUINQUE FRATRES, UT TESTETUR ILLIS, NE IPSI VENIANT IN HUNC LOCUM TORMENTORUM.— Quomodo potest hic dives damnatus salutem fralrum optare, XV 1, 227, 2. An hic vere de fratrum suorum salute fuerit sollicitus, ibid.

Et ait illi Abraham : Habent Vlotsbn kt prophetas, audiant illos, etc. — Ex Dei instituto homo per hominem docendus, III, 282, 1; XVI, 227, 2. Quid ex hac parabola, vel potius historia discere possumus, 228. 2.

FERIA VI.

(Vü/í/k, XXI, 33-46).

Homo erat paterfamilias, et plantavit vineam, etc. — Parabola vioeæ per partes explicatur XV, 470, 1, 2 ol seq. Homo plantans vineam est Deus fundans Ecclesiam, 470, i. Vinea est Ecclesia tam gentium quam Judæorum, VIH, 234, 2 et seq.

Malos male perdet. — Deus nulla peccata non punit, IX, 176, 1, 2 el seqq.

Et vineam suam locabit aliis agricolis qui REDDANT El FRUCTUM TEMPORIBUS SUIS. — ImpÜ terram iniquo occupant V, 71, 1. Judæi dum apostolos exagitant, in causa fuere, ul hi au gein

tes se Judaea pulsi, transtulerint, VII, 499, 2. Vinea Ecclesiæ ab hærelicis el pravis Ecclesiæ pastoribus laceratur, VII, 500, 1. Fructus hic vineæ, id est Ecclesiæ Dei, patet in conversione totius orbis ad Chrisli fidem et sanctitatem, XV, 471, I.

Tropologico vinea cuique excolenda est anima, XV, 470, 2 et seq. (Fide Vinea).

Nunquam legistis in Scripturis : Lapidem QUEM REPROBAVERUNT .EDIFICANTES. DIC FACTUS est in caput anguli.— Christus qualis sit lapis, XVII, 127, 2. Quomodo sit lapis in caput anguli, XV, 471, 2; XVII, 128, 1. Petra est Christus ob varias analogias XX, 281, 1. Fidelem inter et lapidem variæ relationes, 282, 2 et seq.

Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus. — Cur synagoga Judaica a Christo repudiata sit, XI, 5g4, 1 ; XV, 471, 2.

Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur ; SUPER QUEM VERO CECIDERIT, CONFINGET eum — Minatur hic Christus Judæis æternum el irreparabile excidium, puta gehennÆ incendium.

Et QUÆRENTES EUM TENERE, TIMUERUNT TURDAS QUONIAM SICUT PROPHETAM EUM HABEBANT. — Sic Lycaonii S. Paulum ob eloquentiam putarunt esse Mercurium, XVII, 291, 4*

SABBATO.

(Luc., XV, **il,** *ad fin.).*

Romo quidam habuit duos filios.— Hæc parabola exponitur et applicatur, XVI. 205, 2 et seq. Qui sint iste pater et duo **filii**, XVI, 205, 2; 206,1.

Et dixit adolescentior patri. — Cur adolescentia sit periculosa, V, 23, 2. Juventutis emblema et schema, 187, 2. Juventus quam sit petulans el lasciva, VI, 159, 1, 2. Adolescens viam quam iniit, semper retinebit, verum per Dei gratiam sæpe ab ea deflectit, 141, 1, 2. Huic dæmon maxiine insidiatur : quatuor ei sunt commendanda, 144, 1. Concupiscentia ei est colligata, 458, 2. Est mobilis et instabilis, 450, 1, 2. Juventutis flos el lascivia, VII, 378, 1, 2. Est ea superanda per mentis robur et fortitudinem. 379, 1,2 *(Vide* Adolescentia). Adolescentior notat peccatores et meretrices, XVI, 206, 1.

Da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et divisit illis substantiam.—Libertas h adolescente quam sit noxia, V, 112, 2 et seq. Fur paternorum bonorum quomodo sil socius homicida?, VI, 385, 1. Vide quam vanum sit parcere et coacervare opes pro filiis decoctoribus, et aliis hæredibus incertis, VII, 119, 1; 120, 2 etseq. In statu vitæ deligendo mature deliberandum, V, 411 1.

Et non post MULTOS DIES, CONGREGATIS OMNIBUS, adolescentior filius perlgre profectus EST IN REGIONEM LONGINQUAM, ET IBI DISSIPAVIT SUBSTANTIAM SUAM VIVENDO LUXURIOSE. — Adolescens incontinens opes paternas disperdit, VI, 159, 1,2. Meretricis mores describuntur, V, 263, 1, 2. Libido mentem excæcat et obnubilat, ut spiritum sapienliæ percipere non possit, Vili, 279, 1, 2. Luxuria quid proprie sit, 312, 1. Fornicatio hominem mire dementat, 564, 1. Principum el heroum filii sæpe degeneres sunt, 492. 2. Fornicatio, speciosa puella velut speciosum idolum est, 564, 1. Senectus ærumnosa et morbida sequitur post juventutem libidinosam et lascivam, VII, 401, 2. Hæc omnia peccatori applicantur, XVI, 206, 2 et seq. *(Vide* Libido, Luxuria, Voluptas). 1

Et postquam omnia consummasset, facta est FAMES VALIDA IN REGIONE ILLA, ET IPSE COEPIT egere. — Mystice peccator laborat inopia omnium rerum naturalium et supernaturaliuin, XVI, 207, 1.

In se autem reversus, dixit : Quanti mercenarii IN DOMO PATRIS MEI ABUNDANT PANIBUS, ego autem me fame pereo. — Ærumnæ impios magis cruciant quam pios, X, 328, 1, 2. Cur Deus voluptuariis voluptates adimere, famem, morbos et aerumnas immittere soleat, XVI, 208, 1, 2.

SURGAM ET IBO AD PATREM MEUM. — Conversio de die in diem non est differenda, IX, 178, If 2 et seqq.

Et dicam bi : Pater, peccavi in coelum et coram te. — Anima do peccatis pœnilens, optet Deo per gratiam conjungi, VII 468, 1, 2. Pœnitentiæ origo, ratio et essentia, IX, 179, 1, 2. Confessio necessaria, cur, XVI, 209, 2.

Cum autem adhuc longe esset, vidit illum PATER IPSIUS, ET MISERICORDIA MOTUS EST, ET ACCURRENS CECIDIT SUPER COLLUM EJUS, ET OSCULATUS est eum. — Mira Dei in peccatores pœnitenles clementia et condonandi celeritas, XVI, 210, 2. Collum est symbolum obedienliæ, VII, 516, 2. Item circumspectionis, fidei, puri intellectus, 517, 2. Osculi symbola quatuor 467, 1.

Dixit autem pater ad servos suos : Cito PROFERTE STOLAM PRIMAM, KT INDUITE ILLUM. — Monile et torques quarum rerum sint symbolum, VII, 517, 1. Stola et torques erant signa honoris : torques varias sapienti» doles denotat, V, 74,1,2. Stola prima quæ, XVI, 211, 1. Exemplum duarum mulierum pœnilentium, *ibid.*

Et date annulum in manu ejus, et calceamenta in pedibus ejus. — Annulus aureus index hominis liberi ut et calceus, XVI, 211, 1. Annuli quare gestentur, eorum quis sit usus, XX, 100, 1, 2. Calceamenta quid significent, XVI, 211, 2.

Adducite vitulum saginatum, et occidite, rt MANDUCEMUS, ET EPULEMUR. — Vitulus SaginalUS est Christus. XVI, 211, 2,

Erat autem filius ejus senior in agro ; ***m***

CUM VENIRET, ET APPROPINQUIRET DOMUI, AUDIVIT SYMPHONIAM I.T CHORUM..... INDIGNA IUS EST AUTEM, ET NOLEBAT INTROIRE. — Uti hIC COnlUS ¡0-vidum fralrern male habuit, sic musica anirnum pessimum et mœslum exasperat, VI, 282, 2. Musica recto in conviviis adhibetur, X, 149, 1 ; 151,2. Hic significatur Judæorum invidia et murmur contra apostolos, qui Evangelium a Judæis incredulis ad Gentes transtulere, XVI, 212. 1.

Epulari et gaudere oportebat, quia frater TUUS HIC MORTUUS ERAT, ET REVIXIT ; PERIERAT, et inventus est. — Convivium ex amore instrui debet, V, 462, 1. Quid his verbis Christus Pharisæos doceat, XVI, 213. 2.

DOMINICA III IN QUADRAGESIMA.

(Luc., xi, 14-28).

Erat (Jesus) ejiciens dæmonium.— Omnia quæ ad dæmonioruin naturam, insidias perlinet, videro est in art. Dæmon, Diabolus. Judæi olim exorcistas habebant, XVII, 352, 2 ot seq. Quod tunc carnaliter factum ost, quotidie completur in conversione credentium, XV, 303, 2. Dæmon virtutibus septem ligatur, 299, 1.

Et illud erat mutum. — Quomodo diabolus homines efficiat mutos, XV, 303, 2.

Quidam autem ex eis dixerunt : In Beelxe-BUB PRINCIPE DÆMONIORUM I JICIT DÆMONIA. — Impii miracula Dei magiæ ascribunt. IV, 513. 1. Quia hæc calumnia ex mera invidia procedebat, de ea agi poterit, *vide* Invidia.

Ipse autem, ut vidit cogitationes eorum, DIXIT EIS : Omnb regnum in seipsum divisum desolabitur. — Concordia est calx urbis ot regni, XV, 304, 1. Concordi® quanta sil vis, V, 580, 1. Sediliosi suis rixis et motibus regna discindunt, VI, 397, 2. Concordi® quant® polonliæ sil causa, XIV, 303, 1. Monarchia optimum regimen est, nec regnum fert duos, XIII, 29, 2. Discordia tum civium, tum fratrum, hies et bella, quantopere Deo displiceant, et acriter ab eo puniantur, XIII, 544, 2 (ITde Concordia). Ad seditionem populos concitat legum patriarum el religionis avitæ eversio, IV, 427, 1. In regno expedit unam esse religionem, 415, 1.

